Nonius 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres

dixerunt ... Caecilius Himbris: et homini' e. q. s. (Imbriis Junius)

pecubus (*vel* pecudis) *Spengelius* pecudibus ω

II

núnc uter

95 Créscit: non potést celari.

Nonius 188, 15 'uter pro utero. Caecilius Imbris: nunc' e. q. s.

III

mihi † sordi

96 Dórmitum ut eam quísquam suadet? ét si ego ob-
dormíuero,
Túte idem ubi eris éxperrectus?

Priscianus p. 888 P. 'expergiscor ... experrectum facit. quamuis uetustissimi etiam expergitus dicebant ... Caecilius uero secundum analogiam protulit in Imbris: mihi' e. q. s. (Caelius Reg. Grut. Halb. Bong. Barb. Carolir. celius Sang. Coelius Bamb. Imbriis Meinekius Men. et Phil. p. 98 imbris libri, nisi quod umbris m. 2 Reg. et Halb.)

1 sordi *Sang. Grut. Reg. Bamb. Bong. Barb. Carolir., Spengelii omnes, om. Dresd.* sordo *Halb. et pars Krehl. codd.* sordida *Lips.* 1 *Krehlii* sordido *Veneta* 1 sobrio *Bue* dum sorbilo *coni. coroll.* XXIII (Míhi surdo *olim dedi*, surdo mihi *Fleckeisenus*) diormitum (i *pr. eras.*) *Grut.* domitum *Sang.* suadet ut eam quisquam (quisque *Barb. Carolir., om. Sang.*) ω *accentibus duris* obdormiero *Bamb.* *Tentavi* míhi dormitum suadet ut eam quisquam? et si obdormivero *vel* míhi d. suades ut eam? et si ego o. *Reliqua* et si *e. q. s. dubito utrum eiusdem an alterius personae sint* 2 tute ≡ Idem *Barb.* tute, *sup.* idem, *Bong.* uberius *corr. in* ubi eris *Reg.* ibi eris *Putschius*

IV

. . . . . quíd? mihi non sunt bálneae?

Nonius 194, 11 'balneae nominis feminini ... Caecilius in Imbris: quid' e. q. s. infoebis H^1 in phoebis Vrbin. 308, quod Synephebis interpretatus in coroll. XXIII vel huius fabulae vel Imbriorum frustulum excidisse suspicatus sum.

V

Resupína obstipo cápitulo sibi uéntum facere túnicula

Festus p. 193 M. 'obstipum, obliquum. Ennius — Caecilius in imbros: resupina' e. q. s. (C. in Imbris O. Muellerus)

obstipo *Gifanius* obstito *cod.* tunicula *Vrsinus* cunicula *cod.*

VI

'Age age, i puere, dúc me ad patrios fínes decoratum 100
ópipare!

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Caecilius in Imbris: age' e. q. s. (Imbris Meinekius umbris libri) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 390 'et inde opipare adu. ·i· habunde, unde Caecilius: age' e. q. s. Ibidem 407 'et sciendum quod antiqui dicebant puerus et non puer, unde Caecilius: puere puere . . . fines.'

age age i puere *Vind. Sang. Carolir. Grut.* age age puere (puere *semel eras. in Bong.*) *ceteri codd. Prisciani* age age puer *thes.* 390 puere puere *idem* 407 duc *unus cod. Spengelii* deduc *thes. utroque loco* duce *Prisciani* φ decor**atum *Bong. Prisciani* decorauit *thes.* 390

VII

Mirum ádeo nisi fratér domi ebriátus turbam aliquám 101/2
dedit.

Nonius 525, 2 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam . . . Caecilius in Imbris: mirum' e. q. s.

ni *P* ebriatus *Bue mus. Rhen.* 29, 197 ebrius ω turbam aliquam dederit ebrius *proposueram, antea senariorum frustula* — domi ebrius Turbam *e. q. s.*

VIII

. . cruento ita óre grundibát miser.

Nonius 465, 4 'grundire cum sit proprie suum . . . etiam hominum esse grunditum Caecilius in Imbris designauit: cruento' e. q. s. (Imbriis BaL[1]) Diomedes p. 379 P. 'grundire . . . Caecilius: cruento' e. q. s.

Cf. Scaliger Coni. in Varr. p. 158.

KARINE

Καρίνη Menandri an Antiphanis?

I

. . ut aurum et uéstem, quod matrís fuit,
Reluát, quod uiua ipsi ópposiuit pígnori.

Festus p. 281 M. 'reluere, resoluere repignerare. Caecilius in Carine: ut aurum' e. q. s.

2 opposiuit *Scaliger* opposuit *cod.*

II

. . . . . tum éx aure eius stalágmium
Domi hábeo.

Festus p. 317 M. 'stalagmium genus inaurium uidetur significare Caecilius in Karine, cum ait: tum' e. q. s. (Karine cum aitium cod.) Paulus p. 316 M. 'stalagmium genus ornamenti aurium. Caecilius: ex aure' e. q. s.

III

Modo fít obsequéns hilarus cómis
Communis concórdis, dum id quód petit potítur.

Priscianus p. 726 P. 'concors concordis. antiquissimi tamen solebant genetiuo similem proferre in his nominatiuum. Caecilius in Cratino: modo' e. q. s. (craṣtino Amien. crastino Sang. Carine Meinekius l. l. p. 91)

1 *sq. numeros discripsit Spengelius* hilarus *Bong. Bamb.*, *duo Monac.* hilarus *Halb.* hilarıſ (u *m. alt.*) *Barb.* ilarus *Carolir.* hilares *Grut.* hilaris *Reg. Amien. Sang. Halb. m.* 2 comes *Grut. Carolir. m.* 1 *Barb.* 2 commonis (v *m. alt.*) *Sang. Legebatur* commoenis, *ut videtur Excipit bacchiacum dimetrum clausula iambica, quod propter C F W Muellerum prosod. Plaut.* 131 *monendum est*

MERETRIX

Cf. Hetaera Turpili, Pomponi Prostibulum.

I

Cum ultró gubernator própere uertit prósumiam.

Nonius 536, 10 'prosumia, nauigii genus.'

cum ultro gubernator *scripsi* cui progubernator ω Cupro (*i. e. Κυπρόθεν*) gubernator *Bue*, *ingeniose*

II

Memini íbi ⟨fuisse⟩ cándelabrum lígneum
Ardéntem

Nonius 202, 17 'candelabrum generis neutri, ut saepe. Masculi Caecilius Meletricem: memini' e. q. s. (Cum Meletrice Italorum meltrice conferri iubet Woelfflinus. Meretricem Vrbin. 307 Meretrice ed. 1526. Cf. var. script. in Turpili v. 42 et Afrani 136)

1 inuenit inibi *olim coniecit Bue*

NAVCLERVS

Ναύκληρος Menandri?

I

Nunc ábeo: audibis praéterea, si dítis filia rédeat.

Nonius 506, 4 'audibo pro audiam ... Caecilius Nauclero: nunc ... filia redeat. [Idem] Progamo.' Excidisse de Progamo testimonium vidit Grauertus Anal. 113.

Anapaestos agnovit Bue, *qui* nunc áb eo a. p., si dices 'f. r.' *proponit: olim septen. troch.* núnc ... si eius redeat filia *finxi* dicis ω

II

Vt te di omnes ínfelicent cúm male monita mémoria!

Nonius 126, 26 'infelicitent.'

ut dedi *Ba* infelicent *Guietus*, *Bentleius*, *defendit Bue mus. Rhen.* 15, 433 (*cf. Brixius Philol.* 12, 655) infelicitent ω molita *Ba* merita *x* infelicent male moenita *Spengelius*

III

Súppilatumst aúrum . . átque ornamenta ómnia.

Nonius 12, 31 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur . . .'

suppilatum est *W* aurum *Bothius* eum *ω* *inserere e. c.* uestis *licet* (*cf. Plauti Epid.* 222), *nisi initio mancum septenarium* . . suppilatumst aurum atque o. o. *praeferas.* suppilat uestem aurum a. o. o. *Onions*

NOTHVS NICASIO

Νόθος Philemonis? Cf. Ritschelius Parerg. I 135 et XV.

I

Habés, uide, ⟨em⟩ tibi trádidi, in tuo cóllo est: decollés caue.

Nonius 97, 26 'decollare, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni: habes' e. q. s. (Noto W)

uiden *conieceram*

II

'Ilico ante óstium hic érimus . . . .

Nonius 325, 2 'ilico significat statim, mox . . . Caecilius Notonicasione: ilico' e. q. s. (notonicasione B notoni incasione GHL²W notonincasione L¹)

est ilico L^1 hostium *BLW*

III

. . . . . manete ílico!

Nonius 325, 11 'ilico, in eo loco . . .'

OBOLOSTATES [FAENERATOR]

Vtrumque nomen ad eandem fabulam pertinere statuit Scaliger. Cf. Ritschelius Parerg. I 144. 157.

I

119 Núnc enim uero est, cúm meae morti rémedium re-
120 perîbit nemo.

Nonius 508, 15 'repperibitur pro repperietur . . . Caecilius Obolo: nunc' e. q. s. (Obello Ba Obolostate Mercerus)

Octonarium trochaicum agnovit Bue, senariorum frusta (remedium Reperîbit) *cum aliis notaveram* nunc] nec *W* nunc nunc enim uero *in senario Bergkius opusc.* I 387

II

Depósitus modó sum anima, uíta sepúltus.

Nonius 279, 30 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur .... Caecilius in Oboloistate: depositus' e. q. s.

An animo? *cf. Acci v.* 74 sepultus sum *ω* depósitus anima módo, uita sepúltus sum *Spengelius* d. a., uita modo sepultu' sum *Bothius* d. modo Súm a. uiuos s. *x*

III

crédidi silicérnium

Eius me ésse esurum.

Festus p. 294 M. '[silicernium dicitur cena fu]nebris, quam [Graeci *περιδειπνον* u]ocant. — — — Caecilius Ob]olostate: cre ..... messe esurum.' Paulus p. 295 M. 'silicernium — Caecilius: credidi' e. q. s.

1 *sq.* silicernium eius *Paulus, in Festi cod. non apparet* 2 *Praeferendus fortasse septenarius troch., in cuius fine* propediem *supplet Bue*

IV

.... ego pérdidi te, qui ómnes seruos pérdo
Populátim: quaeso ne ád malum hoc addás malum 125

Nonius 154, 13 'populatim.'

Septenarios nunc praefero 1 perdite *Ba* perduo *Bothius* perdo seruulos *x* *Fortasse a verbo* quaeso *altera persona loquitur*

V

si linguás decem

Habeám, uix habeam sátis te qui laudém, Lache. —
Immo uéro haec ante sólitus sum: res délicat.

Nonius 277, 26 'delica est aperi et explana ....' Idem 98, 7 'delica, explana, indica. Caecilius Obolioistate [3].'

1 linguis L^1 decem *Mercerus* dete *ω* 2 Lache *Mercerus* ache *ω* 3 *Lacheti tribuit Bothius* haec] hic *Vrbin.* 307 solante *FL p.* 98 antehac *malit Spengelius* solitum sum F^1L *p.* 98 res *om. ω p.* 277

VI

satine huic órdini,
Etsi nihil ⟨ego⟩ égi, quaesti? — Quaésti? — Quia sunt aémuli

Nonius 483, 27 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus .... Caecilius Venatore: satine' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

1 huic ordini *Bothius* huc ordini ψ huc ordinē *L* 2 egi] ego *P* egisti *olim scripsi, sed cf. coroll.* XXIV quaesti quaesti *Ba L* 116 quaesti *semel* φ *in quibus qui acquiescere malunt, eis senarius cum Bothio dimetiendus est.* sunt aemuli *Aldina* sunemuli (sunimuli) ω

VII

Credó: nimis tandem hoc ⟨hércle⟩ fit uerníliter.

Nonius 42, 28 'uerniliter pro adulatorie; a uernis, quibus haec uiuendi ars est. Caecilius Venatori: credo' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

nimis tandem: *cf. Leo Pl. F.* 268 hercle *inserui*: *cf. Plauti Men.* 696 sit *Vrbin.* 307 fiet (*vel* fuit) *Spengelius. Septenarium olim ab initio mutilum exhibueram talem* .... credo: nimis tandem hoc ⟨quidem⟩ fit u.

VIII

Vólat exanguis, símul anhelat, péniculamentúm tenet Pálliolatim.

Nonius 150, 1 'peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur ... Caecilius Feneratore: uolat' e. q. s.

1 *cf. coroll.* XXIV *sq.* exsanguis *Bothius* sanguis ω penulamentum FH^1 tenet palliolatim *scripsi* et pallio datur ω et palliolatur *Junius Iambici septenarii huiusmodi* u. e., s. anhélat, Penículamentum e pállio datúr *Buechelero fuisse videntur, pallium autem dici in peniculamentum esse mutatum, quia ad utrumque pedem dependeat*

IX

Péluim sibí poposcit .....

Nonius 543, 28 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria perluuntur, unde ei nomen est ... Caecilius in Feneratore: p. s. p.'

peluim *dubium utrum tres syllabas ut in Laberii v.* 94 *an duas aequet; trisyllabum etiam in exitu septenarii trochaici poni potuit; bisyllabum olim post primum trochaeum posui. Ceterum cf. Bergkius opusc.* I 392

PAVSIMACHVS

Generosam meretricem, qualis est in Terentii hecyra Bacchis, prodit fr. II; et ob similem causam atque illic 746 sq. Laches pater cum ea loquitur fr. IV

I

Edepól uoluntas hómini rarentér uenit.

Nonius 515, 24 'rarenter.'

uoluptas *Palmarius* homini] boni *Palat.*

II

líbera essem iám diu,
Habuíssem ingenio sí sto amatorés mihi.

Nonius 127, 15 'iamdiu pro olim .... Caecilius nausimacho: libera' e. q. s. nausimacho H^1, suprascr. epi, L epinausimacho (epinausimaco Vrbin. 307) φ Pausimacho Mercerus

1 libera *Junius in mg.* liber ω 2 habuissem ingenio *om.* F^1L si sto *Lachmannus in Lucr.* 197 si ston ω si isto *Mercerus* si ston habuissem ingenio siston *H* si istoc habuissem ingenio *Onions, fort. recte* abutores *L*

III

Carbásina molochina ámpelina . . .

Nonius 548, 14 'molochinum, a Graeco, color flori similis maluae.'

molichina *HW* ampelina *ed.* 1526 amperina ψ amperita H^1Y^1 anperinata P^1 anperinta P^2

IV

hoc a te póstulo,
Ne cúm meo gnato pósthac limassís caput.

Nonius 334, 9 'limare etiam dicitur coniungere .... Caecilius Pausimato: hoc' e. q. s. (Pausimacho Mercerus)

2 meo *BGH*^{1} eo φ limassis *Bentinus* limasses ω

V

140[1] uelitari

Nonius 3, 13 'uelitatio dicitur leuis contentio . . . uerbis uelitationem . . . uelitati estis inter uos duo . . . uerbis uelitare . . . labris inter se uelitari . . Caecilius Pausimacho; hic desunt quatuor lineae quae in autentico non erant scriptae.' (Sic in Victorino cod. et in W, item lacuna in H; ceteri continuant: 'Pausimacho mum interent tamen. Toga dicta est' p. 406, 17)

PHILVMENA

I

Qui pánis solidi córbulam . . . .

Nonius 197, 29 'corbes, corbulas ... Caecilius Filumena: qui' e. q. s. (caelius W celius φ)

solidi, *i. e.* duri *scripsi* soli ω, *posse genetivum esse monuit Bue*

II

141[1] factio

Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem . . . Caecilius Filiumin alta eorum famam occultabat factio.' (filium ainalta W[1]) cf. v. 172.

Hiantem senarium facinorum famam o. f. *Madvicus panxit* ita (*sic Grauertus*) eorum infamiam o. f. *x*

PLOCIVM

Πλόκιον Menandri. Luculentis Gellii de argumento testimoniis non nulla ex reliqua versiculorum farragine indicia accedunt. Ac primum ad utriusque senis deverbium illud, unde est fr. II, pertinet sine dubio festivum alterius de mortua uxore dictum III. Atque ut *τρυγόνος λαλιστέρα* apud Menandrum XIII M. (416 K.) dicebatur Crobyle, ita facies eiusdem apte eis describitur, quae sine fabulae nomine extant apud Nonium 119, 19 (inc. fab. XX). Porro hominis pauperis, hoc est eiusdem senis vicini servus Parmeno (cf. Men. VIII = 407 K.) erilis filiae gemitu audito, cum totam rem adhuc ignoraverit, primo coniecturis indulgens in vicinum adulescentem, quem puellae admodum esse familiarem scit, confert suspicionem. Atqui non convenit computanti temporis ratio (IV et Menand. III = 413 K.): nam ante ipsos decem menses demum erus rure in urbem migraverat (cf. Menand. V VI VII = 405 sq. 408 K.), nec ante id tempus

virgini cum quoquam consuetudo fuerat. At enim sane ruri Crobylae filius (eum enim fuisse puto) festo furore exultans (cf. VII) ignotus ignotam compresserat. Et de pervigilio quidem amplius percontando Parmeno comperit: V VI, sed de auctore, quoniam in tenebris istud opus confectum est, ne puellae quidem ipsi constat. Iam vero gravissimas eius puerperium turbas adfert: siquidem nuptias magno sumptu paratas, quas differri legimus fr. XII XIII, ad puellam nostram referendas esse recte conicimus. Cognito enim, cuius se ipsum in noxia esse nescit, dedecore non potuit adulescens non a coniugio vitiatae abhorrere: itaque tollendi nuptias causam captans, cum veram in publicum proferre vereretur, fortasse auspicia infausta praetenderat, ad quod respondetur fr. XIV. Certe 'odiosa' opulentae ac superbae matri 'nurus' defenditur fr. XV, et ut aliam quandam cognatam ducat filio persuadere conatur Crobyle apud Menandrum (inc. fab. CCXXIV = 929 K.): *Κροβύλῃ τῇ μητρὶ πείθου καὶ γάμει τὴν συγγενῆ.* Itaque de bona spe deiecti tam afflictis rebus congrua et Parmeno (VIII) et erus (IX) secum philosophantur, atque de eo rerum statu deverbium inter utrumque cum his innuatur (Men. VIII = 407 K.): *ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ Φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς, ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακόν, Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις* (cf. Men. IX X = 410 sq. K.), eodem probabiliter revocabimus Caeciliana X et XI. Ab illa autem mentis aequitate quantum postea discrepat Parmenonis sive advocati alicuius pauperiem publice defendundi studium XVI. XVII! Quod tamen aliter excitari vix poterat nisi aliquo modo, fortasse plocii ut anuli in Hecyra indicio, verus facinoris auctor proditus esset. Eo autem semel reperto iudice sane opus non erat, immo sublatae nuptiae restituebantur, Parmeno vero ob assidua merita liber factus est (XIX).

I

Is démum miser est, qui aérumnam suam nésciat occultáre
Foris: íta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen índicium,
Quae nísi dotem omnia quaé nolis habet: quí sapiet de mé discet,
Quí quasi ad hostis cáptus liber séruio salua úrbe atque arce. 146

Dum éius mortem inhio, égomet inter uíuos uiuo mórtuus.
Quaén mihi quidquid plácet eo priuatum ít me seruatám ⟨uelim⟩?
'Ea me clam se cúm mea ancilla aít consuetum. id me árguit:
'Ita plorando orándo instando atque óbiurgando me óptudit,
Eam utí uenderém. nunc credo ínter suás
Aequális, cognátas sermónem serít:
'Quís uostrarúm fuit íntegra aetátula
Quae hóc idem a uiro
'Impetrarít suo, quód ego anus modo
Efféci, paelice út meum priuarém uirum?'
Haéc erunt concília hocedie: dífferar sermóne misere.

Gellius II 23 'Caecili Plocium legebamus: hautquaquam mihi et qui aderant displicebat. Libitum et Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comoediam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit, a principio statim, di boni! quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius uisus est! Diomedis hercle arma et Glauci non dispari magis pretio aestimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore diuite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio et facie haut inliberali, coactus erat uenumdare suspectam uxori quasi paelicem. Nihil dicam ego quantum differat. Versus utrimque eximi iussi et aliis ad iudicium faciundum exponi. Menander sic:

ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος ἡ καλὴ
μέλλει καθευδήσειν. κατείργασται μέγα
καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο,
ἵν' ἀποβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
πρόσωπον ἢ τ' εὐγνωστος οὔσ' ἐμὴ γυνὴ
δέσποινα. καὶ τὴν ὄψιν ἣν ἐκτήσατο
ὄνος ἐν παιδήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
ἔστιν. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν

10 πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἵμοι Κρωβύλην
λαβεῖν ἔμ' ἑκκαίδεκα τάλαντα . . .,
τὴν ὀΐν' ἔχουσαν πήχεως. εἶτ' ἐστὶ τὸ
φρύαγμά πως ὑπόστατον; μὰ τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
15 † παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
† τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἄρ' ἀντεισαγάγοι.

Versuum 15 sq. sententiam hanc in coroll. XXIX exhibui:

παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ τοῦ δόμου
θᾶττον ἀπάγοι τις ἢ 'τέραν ἂν εἰσάγοι.

'Caecilius autem sic: is demum' e. q. s. Nonius 502, 12 'accusatiuus pro datiuo . . . . Caecilius Plocio: dum ego eius mortem inibo.'

1—3 *anapaestos discripsi secutus potissimum Fleckeisenum epist. crit. 14 sqq. et Buechelerum; olim librorum memoria saepius relicta septenarios initio mancos dedi.* 1 suam aerumnam *Luchs in Studemundi stud.* I 69, *item ego in sept.* nesciat *scripsi* nescit (*prob. Bue*) *vel* nesquit ς nequit ψ non potis *Fleckeisenus* 2 foris *scripsi* ferre (*unde nova vulgo incipit sententia*) ω fere *edd.* efferre *Spengelius* forma me ita ς 4 *anapaestos continuat Bue* captus libere *Vat. Reg.* libere captus *Rott.* 5 et 6 *transposui* 6 dum ego eius *Nonius* inibo *Nonii* ω inter uiuos uiuo mortuus *scripsi* uiuo mortuus inter uiuos ω 5 quaen *scripsi* quae ω an quae *olim conieceram* quidquam (quicquam) ς priuatum it me seruatum *Thysius, quibus usus sum.* priuatu uim me seruatum *Vat. Reg. et nisi quod* priuau *Rott.* priuatum in me seruat ς 9 *sq. vulgo senarios exhibent* 9 uti eam ς uenundarem ς 10 aequalis atque cognatas *Rott.* aequalis et cognatas φ: *delevi copulam* sermones *edd. vett.* 11 *creticos agnovit Spengelius* nostrarum ς *ferme omnes* 12 itidem a uiro *edd. vett.* 15 consilia ς hocedie *Bergkius* hodie ω hic hodie *olim conieceram* differor sermone miser ω, *correxi.* miser sermone differor *Spengelius. Glyconeos* haéc erunt concília hodie: | différor sermóne miser *commendat Bue. ceterum longum est varia variorum conamina repetere, quae partim in ed. sec. adnot. partim in coroll.* p. XXV *sqq. leguntur. Cf. praeterea O. Seyffert philol. Wochenschr.* 1884 *n.* 6

II

Sed túa morosane úxor quaeso est? — Vá! rogas? —
Qui tándem? — Taedet méntionis, quaé mihi
Vbí domum adueni, adsédi, extemplo sáuium 160
Dat iéiuna anima. — Níl peccat de sáuio:

Vt déuomas uolt quód foris potáueris.

Gellius II 23, 11 'praeter uenustatem autem rerum atque uerborum in duobus libris nequaquam parem in hoc equidem soleo animum attendere, quod quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius ne qua potuit quidem conatus est enarrare, sed quasi minime probanda praetermisit et alia nescio quae mimica inculcauit et illud Menandri de uita hominum media sumptum simplex et uerum et delectabile nescio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait:

ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἰρηκά σοι
τοῦτ'; εἶτ' ἄρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν ἁπάντων ἄντικρυς
ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.
ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
νἱῷ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. ‖ *πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις·*
εὖ οἶδα.

Caecilius uero hoc in loco ridiculus magis quam personae isti, quam tractabat, aptus atque conueniens uideri maluit. Sic enim haec corrupit: sed tua' e. q. s. Nonius 233, 7 'anima rursum alitus oris et odor .... Caecilius: quae mihi ... anima.'

1 ua! rogas? *scripsi* q̄ me rogas *Rott.* quam errogas *Vat.* quam erogas *Reg.* quam, rogas? *prop. coroll.* XXIX 2 qui Quia tandem *Reg.* quas qui tandem *Rott.* 3 adsedi *Nonii G* atsedi *L* adsedit H^1 assedi φ ac sedi *Guilelmius* auium *Non.* ω 5 euomas *Cobetus*

III

Placére occepit gráuiter, post quam emórtuast.

Nonius 314, 18 'nam et grauiter multum intellegitur. Caecilius Plocio: placere' e. q. s. (Procilio BGH^{1}P^1)

emortuast *scripsi* emortuas BGL^1 emortua H^1 est mortua φ

IV

Sóletne mulier décimo mense párere? — Pol nonó quoque,
'Etiam septimo átque octauo.

Gellius III 16, 3 'hoc idem tradit etiam Menander poeta uetustior, humanarum opinionum uel peritissimus. Versus eius super ea re de fabula Plocio posui: *γυνὴ κυεῖ δέκα μῆνας*; *** Sed noster Caecilius cum faceret eodem nomine et eiusdem argumenti comoediam ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octauum, quem praeterierat Menander. Caecilii uersus hice sunt: soletne' e. q. s. 'Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus desciuisse M. Varro uti credamus facit.' Cf. Plauti Amph. 482.

1 soletne *Hertzius*[1] insoletne *ω*, *mutari noluit Hertzius*[2] insuetne *Bothius* 2 nonoq; etiam *Rott. Reg. Vat.* nonoque et ς nono etiam septimo atque octauo *Junt.* *Septenarios discripsi cum Buechelero: olim cum aliis senarios dimensus in altero* nonó quoque atque octauo atque etiam septimo *ordinabam*

V

Pudébat, credo, cónmemoramentúm stupri.

Nonius 84, 2 'commemoramentum' (om. libri, addidit Junius) 'Caecilius Plocio: pudebat' e. q. s.

VI

Properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

Nonius 153, 14 'properatim, id est properanter.' Idem 155, 3 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Caecilius Plocio: properatim' e. q. s. (C. Plocio properatim om. F[1]L)

istuc] stunc *ω praeter Esc. p.* 155

VII

Conséquitur comes insómnia, ea pórro insaniam áffert.

Nonius 209, 16 'insomnium generis neutri. Feminini Caecilius Plocio: consequitur' e. q. s. (Plochio HL)

affret *W* aufert *FL* *Senariorum duorum dimidia vulgo ponebantur*

VIII

. . . is demum ínfortunatúst homo,
Paupér qui educit ín egestatem líberos; 170

Cui fórtuna et res núda est, continuó patet.
Nam opulénto famam fácile occultat fáctio.

Gellius II 23, 14 'quid de illo quoque loco in utraque comoedia posito existimari debeat manifestum est, cuius loci haec ferme sententia. Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. Ea res clam patrem fuit; et habebatur pro uirgine. Ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonae frugi, cum pro foribus domus staret et propinquare partum erili filiae atque omnino uitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellae in puerperio enitentis: timet irascitur suspicatur miseretur dolet. Hi omnes motus eius affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mirabiliter acres et illustres, apud Caecilium autem pigra istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia uacua sunt. Post ubi idem seruus percontando quod acciderat repperit, has apud Menandrum uoces facit (404 K.)

ὦ τρὶς κακοδαίμων· ὅστις ὢν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖθ'. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ,
ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
μήτ' ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
ἐπαμφιέσαι δύναιτο τοῦτο χρήμασιν,
ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν μέρος·
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νουθετῶ.

Ad horum autem sinceritatem ueritatemque uerborum an aspirauerit Caecilius consideremus. Versus sunt hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et consarcientis uerba tragici tumoris: is demum' e. q. s. 'Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecili seorsum lego, ne utiquam uidentur ingrata ignauaque; cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse quod assequi nequiret.' Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem . . . Caecilius Filiuminalta eorum famam occultabat factio.' Cf. Philum. II. Facile tibi persuadeas excidisse Philumenae locum et versum 4 in his latere; contra sentit Grauertus Anal. 110.

1 infortunatust *Spengelius* est infortunatus *ω* infortunatus est *edd. vett.* homo Paupér, qui *vulgo* 2 egestate ς 3 ut est *Vat. Reg. Rott., correxi.* est ut ς ut ut est *olim dederam* pateę *Rott.* 4 famem *Rott.* facilem *Rott. Vat. Reg.* *Hic versiculus apud Nonium* 304, 28 *videtur latere, ubi* ita eorum famam occultabat factio. *Vide supra*

IX

Edepól, senectus, sí nil quicquam aliúd uiti
Adpórtes tecum, cum áduenis, unum íd sat est,
Quod diú uiuendo múlta quae non uólt uidet. 175

Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam illud idem' (illud ennii ennii idem Leid. illud idem, ennii m. alt. sed antiqua suprascr., Paris.): 'edepol' e. q. s. 'et multa fortasse quae uolt! atque in ea quidem, quae non uolt, saepe etiam adulescentia incurrit. illud uero idem Caecilius uitiosius [28 sq.]' Nonius 247, 2 'aduenire, uenire. Caecilius in Plocio [1. 2].'

1 si] ut si *Nonii* ω etsi *Bothius* ut *Onions* nil *Fruterius* nihil ω quicquam *om. Inderst.* aliud *om. B Nonii* uiti *om. Nonii* ω 2 unus *L* 3 quod diu] diu quis *Manutius*

X

Patiére quod dant, quándo optata nón danunt.

Nonius 97, 14 'danunt, dant . . . .'

patiere (atiere H^1) ω potiere *Bothius* potire *conieci* di dant *Bothius*

XI

Viuás ut possis, quándo nec quis út uelis.

Donatus in Ter. Andr. IV 5, 10 'quando ut uolumus, non licet] . . . Caecilius in Plocio: niuas' e. q. s.

nec quis *scripsi: cf. Accii v.* 620 et *symb. de part.* 24 *sqq.* nequis ω nequit *ed. Med.*, *unde* nequitur *Spengelius* non quis *Fabricius*

XII

Abi íntro atque istaec aúfer, si tamen hódie extollat núptias. 178/9

Nonius 297, 28 'extollere, differre. Caecilius Plocio: abi' e. q. s.

istaec G^1H^1 *Vrbin.* 307 ista haec φ aufer, si *scripsi* aufer *Vrbin.*, *vulgo* aufert (aufest *Par.*) φ auferto *Bothius* *An* extollet?

XIII

Quid hóc futurum obsóniost, ubi tántum sumpti fáctum?

Nonius 484, 33 'sumpti pro sumptus . . .'

obsonio est *Bothius* obsonio et ω

XIV

Insánum auspicium: ⟨haut⟩ áliter histriónium est,
Atque út magistratus, públicae ⟨rei⟩ cum aúspicant

Nonius 468, 25 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Caecilius Plocio: insanum' e. q. s. 'Naeuius belli Poenici . . . Caecilius Plocio: ut magistratus publice cum auspicant.'

1 hospitium *HL* *Sequentia alteri tribuit personae Bothius* haud *Spengelius*, *om.* ω histrionium *Guietus* istrionum ω 2 aeque *x* publicae rei cum *scripsi* publice cum ω cum publicitus *Maehly* publice quando *Bothius* auspicant cum publice *x*

XV

Tú nurum non uís odiosam tíbi esse, quam rarénter uideas?

Nonius 164, 26 'rarenter pro rare.'

nurum tu non uis odiosam tibi Esse *Spengelius*

XVI

Ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

Nonius 220, 4 'paupertas generis feminini. Neutri Caecilius Plochio: ibo' e. q. s.

pauperii *scripsi* (*cf. Gellius IX* 14) pauperi ω pauperio *Spengelius* pauperie *Bothius*

XVII

Ibó domum: ad plebem pérgitur: publícitus defendúndumst.

Nonius 513, 7 'publicitus pro publice . . . Caecilius Plocio: ibo' e. q. s.

ibi demum *Bothius* domum ibo *Grauertus Anal.* 114 pergitor *Spengelius* péragetur *conieci* (*unde* peragitur *vel* peragitor *x*) defendundum est LW^2 defendendum est φ

XVIII

Opuléntitate nóstra sibi ⟨esse⟩ iniúriam
Factám

Nonius 146, 14 'opulentitas pro opulentia ..... Caecilius Potio: opulentitate' e. q. s. (Plocio ed. 1526)

1 esse *addidi* eam *x* 2 factam *Mercerus* faciam *ω*, *quo servato olim* ne *post* sibi *inserueram*, si *Bue proposuit* opulentitate iniuriam factam sibi Nostra *Bothius*

XIX

Líberne es? — Non súm, uerum inibi est .....

Nonius 124, 25 'inibi pro sic et mox ...'

non sum liber, verum inibist quasi *x*

XX

catellae

Nonius 199, 10 'catellae diminutiuum est catenarum et dicuntur genere feminino.'

POLVMENI

Πωλούμενοι Menandri? Ex inc. XXIV fortasse comparari possit cum Menandri I his: *τάλας, ἕστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις Τὸ φορτίον θείς; σιτόκοπρον ἄθλιον, Ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.*

At pól ego neque florém neque flocces uólo mihi,
uinúm uolo.

Nonius 114, 17 'floces, faex uini. Caecilius: ad pol' e. q. s. Gellius XI 7, 6 'item flocces audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces oleis: idque aput Caecilium in Polumenis legerat.'

Cf. cor. XXIX at *Fruterius* ad *ω* floces *Nonii ω* neque floces neque florem *Vrbin.* 307

PORTITOR

Cf. Ritschelius Parerg. I 158.

..... cur dépopulator? gérrae!

Nonius 118, 33 'gerrae, nugae, ineptiae ... Plautus

Asinaria: gerrae! . . . idem . . congerro meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore: cur d. g.'

depopulato F^1L gerre L fur depopulator gerro *Rostius comm. Plaut.* 282, *non male* fur d. ⟦ gerrae! *Kiesslingius*

PROGAMOS

Πρόγαμοι Menandri?

I

Ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

Nonius 346, 14 'moliri, retinere, morari ac repigrare.'

An quom? laetitia *Palmerius* letiale (latiale P) ω letale *Grauertus*

II

audibo

Vide ad Naucl. I.

PVGIL

Cf. *Πύκτης* Timoclis et Timothei.

Tum intér luctandum hunc tímidum tremulis pálpebris
Percútere nictu: hic gaúdere et mirárier.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — — unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: tum' e. q. s. Paulus p. 176 M. 'dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: hunc tremulis p. p. nictu.'

1 luctandum *scripsi* laudandum *cod.* ludendum *Fruterius*

SYMBOLVM

I

Destítuit omnes séruos ad mensam ánte se.

Nonius 280, 2 'destitui rursum statui . . .' (Coelius Bern.)

sex *B*

II

Audíre ignoti quom ímperant soleó, non auscultáre.

Nonius 246, 14 'auscultare est obsequi . . . Caecilius

Simbolo: audire' e. q. s. (Symbolo Mercerus sembono GH[1] LP ex soembolo ortum embono ceteri libri)

quom *scripsi* quod *ω* quae *Bothius*

SYNARISTOSAE

Ex Menandri Synaristosis haec (IV = 449 K.): *Ἔρως δὲ τῶν θεῶν Ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται· Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς* affinia videri possunt amoris laudibus quae sunt apud nostrum inc. fab. XV.

Heri uéro prospexísse eum se ex tégulis:
Haec núntiasse et flámmeum expassúm domi

Gellius XV, 15 'ab eo quod est pando, passum ueteres dixerunt, non pansum, et cum ex praepositione expassum, non expansum. Caecilius in Synaristosis: heri' e. q. s. Nonius 370, 14 'passum dispersum, solutum . . . Caecilius sinaristosis (inaristosis Gen. Harl.): heri' e. q. s.

1 heri *pyrrichium aequare demonstravit Ritschelius opusc. II* 255 eumpse *conieci* (*item Bergkius*) *cf. v.* 29 se . . . flammeum *om. Nonius* (*nisi quod* se eum *habet Par.*) 2 haec *m. pr. sup. Petav.* hec *Voss.* nuntiasset *ψ* et nuntiasse *Bergkius: an* ecnuntiasse et? dñi (*i. e.* domini) *Par. Voss.*

SYNEPHEBI

Συνέφηβοι Menandri teste Cicerone de fin. I 2, 4 et de opt. gen. or. 18. 'Synephebum' saturam Varro ut Philemo comoediam inscripsisse videtur.

I

In amóre suaue est súmmo summaque ínopia
Paréntem habere auárum inlepidum, in líberos
Diffícilem, qui te néc amet nec studeát tui.
Aut tu íllum furto fállas aut per lítteras
Auértas aliquod nómen aut per séruolum
Percútias pauidum, póstremo a parcó patre
Quod súmas quanto díssipes libéntius!

* * *

Quem néque quo pacto fállam nec quid inde aúferam,

Nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
Scio quícquam: ita omnis meós dolos fallácias
Praestrígias praestrínxit commoditás patris.

Cicero de nat. deor. III 29, 72 'ille uero in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo summaque inopia suaue esse dicit parentem ... tui. Atque huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit: aut tu illum ... libentius. Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat, quem neque quo pacto ... patris. Quid ergo isti doli? quid machinae? quid fallaciae praestrigiaeque?' (sic Vindob. praestigiaeque ceteri libri) 'num sine ratione esse potuerunt?'

1 *constituit Bothius* 4 furto *Bue* fructu ω 6 pauidum] timidum *Rehd.* stupidum *aut* bardum (*cf. v.* 250) *malim* 7 dissipes *Leid. c Erl.* dissipis *Leidd. a b Palat. Vind. m.* 1 dissipas *Vind. corr.* dissupas *Rehd.* 8 nec quid inde *Schoemannus* ne quid inde *Leid. b* neque tinde *Vind.* neque ut inde *codd. aliquot Davisii et Moseri, Spengelius* neque unde *Leidd. ac Erl. Palat. cum aliis* neque aliquid *Glog.* neque qui inde *Heindorfius* neque quid *Bothius* 9 neque quem *Erl.* 11 praestrigias *Bue* (*cf. CGl.* V 323, 8 *G.* 'praestrigia') praestigias ω: *sed v. supra* praestinxit χ, *Lambinus*

II

Serit árbores, quae saéclo prosint álteri.

Cicero Catonis mai. 7, 24 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Serit' e. q. s. 'ut ait Statius noster in Synephebis. nec uero dubitat agricola, quamuis sit senex, quaerenti cui serat respondere: dis inmortalibus ... et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam' e. q. s. Idem Tusc. disp. I 14, 31 'serit' e. q. s. 'ut ait ille' ('ille' add. Wolfius, prob. Wesenbergius Emend. Tusc. II 7 'Statius' alii) 'in Synephebis, quid spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere?' Cf. ad inc. inc. I.

saeclo prosint alteri *Spengelius* alteri saeculo prosint (prosient *Cat. Par. in mg. m. alt. sed ant.*) ω serit 'Arbores quae álteri saéculo prósient (prosint *Bergkius opusc.* I 218) *G. Hermannus, fort. recte*

III

Pró deum, populárium omnium, ómnium adulescéntium
Clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!
* * *
. in ciuitáte fiunt fácinora capitália:
⟨Nám⟩ ab amico amánte argentum accípere meretrix noénu uolt.

Cicero de nat. deor. I 6, 13 'conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum' (sententiarum) 'uera iudicent . . . itaque mihi libet exclamare, ut in Synefebis:' (ut terentius in ephebis Erl. ut Statius in S. alii ut Plautus in S. alii ut ille in S. Vrsinus) 'pro deum . . . fidem, non leuissuma de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora . . . uolt; sed ut adsint cognoscant animaduertant' e. q. s. Deest locus in Vindob. et Palat. 1519.

1 omnium, omnium *Manutius* omnium (*semel*) *Leidd. abc cum libris plerisque* animum *Erl.* 3 *prima syllaba* hac *vel* nunc *fuisse potest* in ciuitate fieri *Cicero* fieri in ciuitate *Orellius* fieri in ciuitate *posito extra versum* fieri *Schoemannus* *Eisdem numeris adulescentem perrexisse videri monuit Spengelius* 4 noenu uolt *scripsi, item Bergkius opusc.* I 384 nunc neuolt *olim.* nuult *Leid. c* non uult φ neuolt *FA Wolfius*

IV

Ad réstim res redit. — 'Immo collus, nón res: nam ille argéntum habet.

Nonius 200, 21 'collus masculino . . . Caecilius Harpazomene . . . idem Soenefebis: ad restim' e. q. s. Cf. Ter. Phorm. 686. Adde quod ad Imbriorum fr. IV adnotavi.

SYRACVSII

Συρακόσιος Alexidis?

I

Vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

Nonius 177, 1 'similitas, similitudo. Caecilius Syracusis: uide' e. q. s.

fert *edd.* feret (feceret W^1) ω

II

. . tantan hínc inuasit ín corollam dúlcitas?

Nonius 96, 28 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo ... Caecilius Syracusis: tantan' e. q. s. (Coelius *Wolf.* seracusis Harl. Leid.)

eia *suppleas* tantan *Mercerus* tanta H^1 tantam φ hinc *Vict.* huic ω in corollam dulcitas *scripsi* in corda (corolia *Vrbin.* 307) indulcitas ω (*cf. cor.* XXIX *sq.*) in cor Daui dulcitas *Mercerus* in cor damni dulcitas *Bothius* in tua corda *vel* in cor, Daue, dulcitas *temptaveram* tanta huic i. in cor dandi d. *Bue*

III

híc amet,

Fámiliae famé perbitant, áger autem stet séntibus.

Nonius 391, 22 'stare iterum horrere significat . . . Caecilius Syracusi: hic' e. q. s. (Syracusiis Junius) Cf. Plauti Cist. 45.

familiae fame pereant ω (*cf. cor.* XXX) familia ei fame perbitat *Bothius* familiae fame depereant *Beierus* híc amet, fame aliei pereant *Bergkius opusc.* I 393 hic amét, fame famíliae pereant *x* híc a., f. famĕ pereant *septenario Bue*

TITTHE

Exempli optio data est inter *Τιτθάς* Eubuli, *Τιτθήν* sive *Τιτθάς* Alexidis, *Τιτθήν* denique Menandri. Nihil similitudinis intercedit inter Menandrea (fr. II M.): *οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ "σκέψομαι" λέγοντες κ. τ. λ.* et nostri fr. inc. XXIII.

I

220 Praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Nonius 483, 4 'lacte nominatiuo casu ab eo, quod est lac . . . Caecilius Tite: praesertim' e. q. s.

disertim *Fruterius*

II

egon uitám meam

'Asticam conténdam cum istac rústicana ⟨tuá⟩, Syra?

Nonius 258, 34 'contendere significat comparare .... Caecilius Tithae: egon' e. q. s. (thieste Vrbin. 308)

asticam *Bergkius opusc.* I 394 atticam *ω* ista *AG²P* isti, *supr.* a, *H* tua *Bergkius, om. ω* rustica dura (*vel* uana) *Spengelius. Octonarius iambicus* egon uítam ... rustica, Syra *placuit CFWMuellero*

III

Pér mysteria híc inhoneste ⟨honéstam⟩ grauidauít probro.

Nonius 118, 11 'grauidauit, impleuit. Caecilius Titte: per' e. q. s.

inhonesto *mavult Bue* honestam *Bothius, om. ω, quos qui sequi malet primum pedem excidisse statuet* inceste *x* probo *H² W*

IV

atque hércle
Vtrásque te, cum ad nós uenis, subfárcinatam uídi.

Nonius 183, 25 'utrasque pro utrimque uel utrobique. Hemina Historiarum lib. IV: in Hispania pugnatum bis: utrasque nostri loco moti. Caeleus Tihe: atque' e. q. s. Cf. Lachmannus Lucr. 104 Bue lat. decl. p. 32 et ann. philoll. 1867 p. 68. (Caecilius Titthe Mercerus)

2 te *Mercerus* et *ω* suffarcinatam *Mercerus* subfraginatam *ω* *Senariorum frusta* atque ... uenis | s. u. *praefert x*

V

[ubi] ádiacentem cómpitum

Nonius 196, 9 'compita .... masculino Varro de scenicis originibus lib. III: ubi compitus erat aliquis. Caecilius Titthe: ubi a. c.'

ubi *ex Varronis loco inl. vid.* abi (*s.* adi) ad (*s.* in) *coniecerunt* adiacentem *Fruterius* adicientem *ω*

VI

.... hic dúm abit, huc concéssero.

Nonius 200, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Caecilius Tithe: hic' e. q. s.

TRIVMPHVS

I

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

Gellius VI (VII) 7, 9 'adprobus tamen, quod significat ualde probus, non infitias eo quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, uocabulo isto utitur: Hierocles' e. q. s.

II

Nunc meaé malitiae, Astútia, opus ést subcenturiáre.

Festus p. 306 M. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere — Caecilius in Triumpho: nunc' e. q. s. Paulus 307 M. 'succenturiare — supplere. Caecilius: nunc' e. q. s.

Numeros Bergkius perspexit militiae *Festi cod.* *Hiatum in diaeresi olim* te *inserendo explevi* subcenturiare *O. Muellerus* subcenturia *Festi cod.* succenturia *Paulus* subcenturiata *Bue* subcenturiari *Bergkius* est succenturiata opus *Bothius*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor cumulátur ira.

Cicero pro Caelio 16, 37 'redeo nunc ad te, Caeli, uicissim, ac mihi auctoritatem patriam seueritatemque suscipio. sed dubito quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne aliquem, uehementem atque durum? Nunc enim' e. q. s. Idem de fin. II 4, 14 'intellegas inter illum qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut nil constet, et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Caecilianum patrem Quintilianus XI 1, 39 Terentiano opponit. Ei autem vel in Asoto (II) vel in Fallacia (I) vel in Hymnide (VIII) vel in Pausimacho (IV) fingas partes fuisse.

II

O infélix, o sceléste!

* * *

Egóne quid dicam? egon quíd uelim? quae tu ómnia
Tuis foédis factis fácis ut nequiquám uelim.

* * *

Istam ín uicinitátem te meretríciam

Cur cóntulisti? cúr inlecebris cógnitis 235
Non . . . refúgisti . . . . .
. . . . cur álienam ullam múlierem
Ností? . . . . . .
. . . . . dide ac dísice,
Per mé licebit 240
. . si egebis, tíbi dolebit, míhi sat est,
Qui aetátis quod relíqüom est oblectém meae.

Cicero pro Caelio 16, 37 ubi eis quae ad I descripsimus, statim haec subiunguntur: 'aut illum: o infelix, o sceleste! Ferrei sunt isti patres: [2. 3] uix ferendi.' (del. Franken Mnem. VIII 219 et F. Schoellius mus. Rhen. XXXV 559 'ferenda' Salisb.) 'diceret talis pater: cur te in istam uicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dissice, per me licebit: si egebis ... meae. Huic tristi ac derecto seni responderet Caelius' e. q. s.

2 quidicam *Par. m. pr.* egone (*om.* quid uelim) *Brux.* egone quid uelim *Par. Salisb. cum ceteris* quid uelim *Spengelius* quae *referendum ad* omnia, *de quibus in superioribus sermo fuerat.* qui *Spengelius* 4 cur te in istam uicinitatem (ciuitatem *Brux.*) meretriciam contulisti? *Cicero* cur in uicinitatem istam meretriciam Te c. *Spengelius* 6 *sq.* non effugisti? cur alienam mulierem Cognosti? *Spengelius* 9 disiice *Orellius: cf. coroll.* XIII *sqq.* dissice *Put.* disce φ 11 *praemitti* olim *vel* posthac *licet* si egebis *om. cum Spengelio Schoellius, ut unus senarius* per me ... est *currat* dolebunt *Brux.* sat est *om. Brux. Erf.* 12 reliquom *Par.* reliquum *vulgo. An* quod mi est réliqüom?

III

Vt me hódie ante omnes cómicos stultós senes
Versáris atque inlússeris lautíssime.

Cicero Lael. 26, 99 'quid autem turpius quam inludi? quod ut ne accidat, magis cauendum est. ut me hodie' e. q. s. Idem Cat. mai. 12, 36 'nam quos ait Caecilius comicos' (comicus libri) 'stultos senes, hoc significat credulos obliuiosos dissolutos, quae uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauae somniculosae senectutis.'

1 tu me *malit Halmius* 2 iusseris *Gud.* illuseris *August.*

ut iusseris (*h. e.* inl., *ni f. cf. Afran.* 87) φ lusseris *tuetur P. Langen Beitr.* 18 ut lusseris *Bue* elusseris *Halmius* unxeris *Palat. a* emunxeris *Bentleius in Hor. a. p.* 96

IV

245 'St tacete: quíd hoc clamoris? quíbus nec mater néc pater,
Tánta confidéntia? auferte ístam enim supérbiam.

Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum mutatus, aut aliqua pars uersus, ut Statii a Scauro stomachante (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de ciuitate natam, Crasse, dicant): st tacete' e. q. s. (satius vel statius scauro stomachanti ω, corr. Bakius) Deest locus in Erl. vet. et Abrinc.

1 st] sed *Pal.*[3] *Erl.*, *om. M* (*mutili*) si *L* (*h. e. Laud. amissi apographa*) nec *om. L Erl.* mater nec pater *Harl. Leid.* pater nec mater *M* sit *add. L Erl.*, *unde* nec pater nec mater est *Leo Pl. F.* 285 2 confidentia estis ω, estis *del. Schuetzius* auferte *Leid.* aufert φ istāc *L Erl.* in *M* enim *om. M Erl.* t. c. estis? aufertin superbiam? *Leo* auferte nunc istam superbiam *ed. Rom.*

V

Si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia.

Isidorus Orig. X 40 'confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. unde et Caecilius: si' e. q. s.

habes *Par.* adhibens *Wolfenb.*

VI

. . . innocéntia eloquéntiast.

Apuleius apolog. c. 5 'sane quidem si uerum est quod Statium Caecilium in suis poëmatibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse' e. q. s.

Quod breviter tetigit Apuleius dictum aliquo modo in numeros redegi: expleri sententiam sic fere saepe innocentia ipsast eloquentia *suasi in coroll. p.* XXX animi *praemitti iubet Spengelius ind. litt. Gotting.* 1865 *p.* 550

VII

Tantám rem dibaláre ut pro nilo hábuerit.

Varro de l. l. VII 103 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut ... Caecilii: tantum' e. q. s. (Cilii Flor. Haun.)

tantam *Scaliger, qui* dibalare rem *interpretatur καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν: immo vituperatur qui secretum* balando, *i. e. garriendo differre et divulgare non veritus sit.* tantum ω

VIII

. . . . nímis audacem nímisque bardum bárbarum

Pauli Festus p. 34 M. [1]'bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: nimis' e. q. s.

IX

Quísquilias uolántis, uenti spólia memorant: í modo!

Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae. Caecilius: quisquilias' e. q. s. Cf. Hymnis VI.

memoras, i modo *Scaliger*

X

Omnibus laetítiis laetus íncedo . . . . .

Cicero de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.' Idem ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus'.

XI

. . . . . quántum amantum in 'Attica est

Charisius p. 98 P. 'amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat: quantum' e. q. s.

in Attica *scripsi* in natica *cod.* in riatica *ed. pr.*

XII

. . . . . nomen uírginis,

Nisi mírum est, deintegráuit.

Nonius 101, 25 'deintegrare, deminuère ... Caecilius: nomen' e. q. s.

1 *sq. unius septenarii frustum esse vult Bue* 2 nisi mirum

est] *cf. Plauti Pseud.* 1213 *et symbolae meae ad part. Lat. p.* 17 deintegrabit *olim coniecī, quod non necessarium.* uirginis H^1 *W* uerginis φ

XIII

Venério cursu uéni, prolató pede
Vsque ád scaphonem

Isidorus Orig. XIX 4, 5 'scaphon funis in prora positus. de quo Caecilius: Venerio' e. q. s. (cecilius, m. 2 suprascr. lucilius Monac. licinius, suprascr. eadem m. uel cecilius Tegerns., unde de auctore huius loci dubitari posse monet Spengelius)

1 cursum *Wolfenb.* prolatum *Wolfenb.* pede *sc. veli*] pede/// (*erasa* s) *Monac.* pedes *Sangerm.* 805 *et scr.* s *in ras. Sangerm.* 806 2 scaphonem *Emeranus* safonem *Monac. Sangermann.* fabonem *Wolfenb.* saphonem *alii* safon *gloss. Bern.*

XIV

. . . . . mane ut éx portu in Piraéum

Cicero ad Att. VII 3, 10 'uenio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam in quod addiderim . . . . nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco, secutusque sum, non dico Caecilium: mane' e. q. s. 'malus enim auctor Latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi: heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeum.'

XV

. . . . . deúm qui non summúm putet,
Aut stúltum aut rerum esse ínperitum exístumem:
Cuii ín manu sit, quém esse dementém uelit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici
. . . . . .
Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 68 'totus uero iste qui uolgo appellatur amor . . . tantae leuitatis est, ut nihil uideam quod putem conferendum. quem Caecilius deum' e. q. s. Versus 1 sq. congruere cum Euripideis (Augae fr. 269 N^2.) Ἔρωτα

δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, Ἥ σαιὸς ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν monuit Meinekius.

1 ego uero Amorem *supplevit Bentleius* 2 rerum] uenerum *coniecit Meinekius* existumet (*ex Ciceronis ore*) *Reg. Pith. Gud.* existimat *vulgo* existumo *Bentleius* 3 cuii *scripsi: cf. Pompon.* 146 *et Ritschelius ad Plauti Trin.* 358 *ed.* 2 cui *ω, nec offendit Bentleium: Ciceronis, non poetae esse arbitratur CFWMueller* cuius *Ernesti, quod olim probavi* 4 sanari *Oxonn. aliq. ut vid., Manutius, Bentleius* insanire *φ Versum excidisse vidit Bentleius talem fere:* quem odio ésse, quem contemni, quem excludi foras 5 quem expeti, quem arcessier *Bern., Erasmus, Bentleius* quem expeti quem arcessiri (*vel* accersiri *Pith.*) *φ* quem accersiri, quem expeti *Cratandrina*

XVI

Homo hómini deus est, sí suum officium sciat.

Symmachus epist. IX 114 'recte Caecilius comicus homo, inquit, homini' e. q. s. Cf. Epist. II

XVIII

Saépe est etiam súp palliolo sórdido sapiéntia. 266

Cicero Tusc. disp. III 23, 56 'hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud: saepe' e. q. s.

XIX

Quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier . . .

Nonius 197, 34 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Caecilius: quaeso' e. q. s.

quaero *Onions* quis *trochaeos metiens x*

XX

Grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus

Nonius 119, 19 'gramiae, pituitae oculorum.' Cf. Plocium.

grammonsis *FHL* grammosis *φ* dentibus F^1 *Aldina* gentibus *φ*

XXI

Aduéhitur cum iligná corona et chlámyde: di uostrám fidem!

Gellius V 6, 12 'ciuica corona ... fit e fronde quernea ... fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: aduehuntur, inquit, cum' e. q. s. Cf. Triumphus.

aduehitur *Bothius* adueuntur *Rott.* adueũ *et* unt *in fine et in principio paginae Vat.* aduehuntur φ iligna *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 25 ilignea (lignea *Reg.*) ω áduehunt Eúm cum iligneá corona *CFWMueller*

XXII

270 Pro di ínmortales! únde prorepsít truo?

Pauli Festus p. 367 M. 'truo auis onocrotalus. Caecilius irridens magnitudinem nasi: pro' e. q. s. Cf. CGl. II 384 G. *ὀνοκρόταλον trico.*

unde hic *Aldina, fortasse recte*

XXIII

si quassánte capite trístes

Incédunt.

Seruii Lemovic. in Verg. georg. I 74 'quassante, i. e. quassa, quae sonet cum quassatur.' Cf. Plauti Asin. 403.

sic *malo*

XXIV

séquere me. — Perii hércle. — Tu, quid enim óscitans

Hietánsque restas?

Diomedes p. 336 P. 'hiare et hietare ueteres dixerunt ... Caecilius: sequere' e. q. s. (Caecilius Putschius caelius Par. A Mon. cod. Scioppii celius Par. B)

Futtilia protulerunt Porphyrio 'Atta togatarum scriptor est, qui in fabula quae inscribitur Materterae ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem' et Pseudoacro 'uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat.' Disputavit de Horatii loco O. Crusius mus. Rhen. 47, 68 sqq.

MEGALENSIA

Nempe ⟨ádstat⟩ sinus ápud mensam, ubi sermó solet
Suboríri seditiósus.

Asper in schol. Veron. ad Verg. ecl. 7, 32 'sinum ergo uas patulum, *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro .... Atta [in Megalensibus nempe — sinus apud mensam] ubi' e. q. s. Vncis inclusa nec Keilius nec Herrmannus legere potuit. Servius Lemovic. in l. l. 'sinus genus est uasis, quod cum significamus, si producitur: cum uero gremium significamus, si corripimus. Varro ... Atta in Megalensibus: nempe' e. q. s.

1 nempe ... sinus apud mensam *schol. Veron.: supplevi.* nempe ad mensam *Servius* sermo de sinu solet *Servius*

2 seditiosus *om. Servius* nempe ad mensam, ubi sermo de sinu solet Suborîri *secundum Servium Hermannus*

NVRVS*

. . inter se dégularunt ómnia. 11[1]

Charisius p. 80 P. 'gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis uocabulis necessaria est et saepe in u transit, ut in sue mure. Atta in nuro: inter s. d. o.' (sic scripsi coniectura scil. incertissima. in suemur ait cod. in sue mure * ait M. Hertzius mus. Rhen. 7, 480, postquam in sue mure. Att. Lipsius coniecit. Suecius Putschius Sueius x dubitanter Titinius Ritschelius, Iuuentius ipse olim conieci, inserueram autem inter inc. poet. pall. frusta. Atreo Lipsius Mida Putschius Varo Ritschelius) De nominis nurus usu et notionibus disseruit Hauptius ind. scholl. Berol. 1868/9 p. 8 sq.

SATVRA

uertamus uómerem,

In céra mucrone aéque aremus ósseo.

Isidorus Orig. VI 9 (= Mai auct. cl. VI 578) 'ceram ferro ne caedito. Postea institutum ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra dicens: uertamus' e. q. s. (satura Wolfenb. Mon.)

1 quasi *praemittendum esse suspicor* uomeres *gloss.* 2 mucrone aeque *scripsi* mucroneque *Isidorus* mucronique *Hauptius* uero neque *gloss.* mucrone exaremus *prop. Bue*

SOCRVS

Ad hánc fortunam accéssit fortuna eí paris.

Priscianus p. 764 P. 'paris pro par. Atta in Socru: ad' e. q. s. (Ata[t], t sup. m. alt., Halb. Reg. =[at]ta, eras. i, ut vid., Bong. Ata Bamb. ita Barb. Erl. a idem (om. in) Grut. Sang. Carolir. socrum Reg.)

fortuna ei *Bothius* ei fortuna *ω*

SVPPLICATIO

Nucémque Thasiam adde ét fauum quantúm libet. 15/6

Macrobius Sat. III 18, 8 (II 14) 'nux Graeca haec est quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux uocatur.

testis est Cloatius . . . cum sic ait: nux Graeca amygdale. Atta uero in Supplicatione: nucem Graecam, inquit, fauumque' e. q. s. Medicus loqui videtur: cf. Celsus med. III 17, 4.

nucem Graecam fauumque adde quantum libet ω. *Puto ipsum Macrobium verborum ordinem immutasse:* Thasiam *autem* nucem *aliquo modo inferendam esse pro certo habeo: cf. coroll.* LXIV

TIRO PROFICISCENS

Pater uílicatur túus an mater uílica est?

Priscianus p. 828 P. 'a uilico etiam uilico uel uilicor dicebant antiqui . . . Atta in Tirone proficiscente: pater' e. q. s.

Senarium esse posse monuit Muellerus prosod. Plaut. 130 pater Víllicatur *ceteri* an *scripsi* iam ω uilicata (ta *del. m. alt.*) *Bong.* uilicat *si legatur, haud displiceat*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Annúm nouum uoluérunt esse prímum mensem Mártium.

I. II. Servius Lemovic. in georg. I 43 'et sciendum est decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt . . . Atta [I] et alibi [II]'

II

maiores Mártium
Prímum habuerunt.

III

. pro populo flúctus caecos fáciunt per discórdiam.

Suetonius apud Isidorum de naturis rerum 44 p. 74 ed. G. Becker (in Suetonio Reifferscheidiano p. 244) 'caecus fluctus tumens' (ita H. Langensiepen 'tamen' cod.) 'necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait: populo' e. q. s. (Atta Gronovius atita Bamb. A, Bern. M aota Bodl. cato Basill. CD)

Primam syllabam i *vel* hi *vel* qui *vel* si *explere potuit* pro populo (polo *Basil. D*) ω: pro *fort. delendum aut* porro *corrigendum* illi in populo *Langensiepen* fluctos *Bodl. Bern. M*[1] discordia *Bamb. A Bern. M*

IV

tum germanás meas 23
Vespéra oriente clánculum ferri ád specum: inde leno —

Nonius 231, 21 'uespera feminino. optatum germanus' e. q. s. (Atta Mercerus incerta coniectura Oppius Junius Turpilius Dotata Scaliger Nouius Dotata Quicheratius)

1 germanas *Junius* germanus ω manus *Scaliger* 2 ad specum (*cum Junio*): inde leno *scripsi inperfecta sententia* ad speciem delino ω

V

Festus p. 238 M. 'pueri im[puberes . . . . . ntur Atta . . . . . .] uersibus docet . . . . . .' Cf. Varro apud Censorinum de die nat. 14.

Dubium iudicium est de loco Nonii p. 202, 28 'crines genere masculino Vergilius . . . feminino Plautus Mustellaria [226]: gerundum morem censeo et capiundas crines tibi. Atta in epigrammatibus: praeterea tu sis desoluta crine capillus.' crines. Atta . . . Cinna in epigr. Quicheratius Atta: crines tibi . . . Caluus (s. alius poeta) Bue Versiculum duce Mercero Hauptius Herm. III 341 correxit: 'praeterea fusis resoluta crine capillis'.

L. AFRANIVS

ABDVCTA

I

Quam sénticosa uérba pertorquét . .

Festus p. 339 M. 'sentes cum constet esse spinas et Afranius in Abducta dixerit: quam senticosa' e. q. s. 'pro spinosis accipi debet.' Paulus p. 338 M. 'sentes spinae. Afranius: quam' e. q. s. 'hoc est spinosa.'

senticose *Hermannus* pertorquet turba *Festi cod. et Paulus* p. tua *Hermannus. Sed videtur* turba *antecedentis* uerba *potius dittographia quam novi versus initium esse. Concludat senarium* sua *vel* puer *vel* pertorques tua

II

Dispértiantur ⟨út⟩ patris paritér bona.

Nonius 375, 1 'pariter, ex aequo ... Afranius Abducta: dispertiantur' e. q. s.

ut *ex. causa posui, om. ω* pariter *Bothius, om. ω, sed testatur Nonius Ludi varia possunt*

III

Néscis, Numeri, me ómnem melius rém callere quám uolo.

Nonius 257, 31 'callet significat scit, a calliditate, quae est urbana scientia ... Afranius Abducta: nescis' e. q. s.

numero H^1, *Studemundus* me *scripsi* meo GH^1 mei φ, *quod nolim* mi *interpretari* rem callere *scripsi* calli rem ω rem calleri x mei omnes m. callent hanc rem *partim cum Bothio Hermannus*

AEQVALES

Cf. Alexidis *Συντρέχοντες*.

I

Iste, ut tú rem narras, bóna comest cotídie.

Nonius 81, 16 'comest pro comedit ..... Afranius Aequalibus: iste' e. q. s.

Senarium nunc septenario praetuli narres *W* bona *Douza* dona ω domini bona *Onions* mea bona *proecd.* comest hic P^1 comes hic φ hic comest *proecd.* cotidie hic *Hermannus* hic quot dies *G. Goetz act. soc. Lips.* VI *p.* XI

II

4[1] spattaro

Charisius p. 214 P. 'spattaro; Afranius in Aequalibus, quam uocem frequenter apud eum positam ait Paulus *ἐξουθενισμοῦ* uim sensumque sufferre.' Cf. Onom.: spatarro *ἐπὶ ἐξουθενισμοῦ*.

AVCTIO

I

5 Simul límen intrabo,ílli extrabunt ílico.

Nonius 104, 20 'extrabunt pro exibunt. Afranius Auctione: simul' e. q. s. (actione W)

II

. adeste, si híc absente nóbis uenierít puer.

Nonius 76, 20 'absente nobis et praesente nobis pro praesentibus et absentibus nobis ... Afranius Auctione: adeste' e. q. s.

uos *praemittas* adeste *IVFranckius* adest ω ades *Junius* hic *Mercerus* hac ω heic *x* inuenierit *W* uenerit H^1 puerit F^1L

III

Haut fácul, ut ait Pacúuius, femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona.

Nonius 111, 21 'facul pro faciliter .... Afranius Auctione: aut' e. q. s. (Actione W) Vide Pacuvii v. 426.

haud F^2H^1 aut φ una *Lachmannus in Lucr. III* 400, *om.* ω inuenitur F^1

AVGVR

I

Modo póstquam adripuit rábies hunc nostrum aúgurem,
Mare caélum terram rúere ac tremere díceres.

Probus in Verg. ecl. VI 31 p. 20 K. 'plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens ... Afranius etiam in Augure: modo' e. q. s.

II

Quamquám non istis éxercetur ín locis
Hic nóster, delabórat cum puerá statim.

Nonius 393, 14 'statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat .... Afranius Augure: quamquam' e. q. s.

1 exircere (i *corr.*) *L* 2 delaboran P^1 puera *Ritschelius opusc.* IV 277 puer ω puero *Quicheratius*

III

Hac haéret, at haud clamór oritur, sed spíritum firmiter ínflat.

Nonius 512, 22 'firmiter pro firme . . . Afranius Augure: hoc heret' e. q. s.

Anapaestos agnovit Neukirchius hac *scripsi* hoc ω hic *Neukirchius* at haud *scripsi* ut haud *Ba* ut aut φ utut *Neukirchius* spiritu' *Neukirchius* inflat *scripsi* instat ω hoc h. ita ut . . . instat (*h. e. urget ut intercipiat*) *Bue*

IV

Quid pródest istuc té blaterare atque óbloqui?

Nonius 78, 32 'blaterare, confingere per mendacia.'

prodest F^3H^1 est φ oblioqui H^1 obliqui F^1L

V

Vóltus est falláci aspectu páries pictus pútidus.

Nonius 152, 28 'putidum, putre . . . . Afranius Augurius: et' e. q. s. (Auguribus Bentinus: cf. coroll. LXV)

uoltus *vel* corpus *vel* facies *in tituli corrupti exitu latere conieci* risus *praeter alia Bue* est *scripsi* et ω partes F^1L parties *E* pictas F^1 putidis H^1 pitidus F^1

BRVNDISINAE

Donatus de comoed. 'omnium autem comoediarum scripta ex quattuor rebus omnino sumuntur, nomine loco facto euentu: nomine, ut Phormio Hecyra Curculio Epidicus, loco, ut Andria Leucadia Brundusina' e. q. s. Vnde proficiscendum in constituenda inscriptione ratus Neukirchius ceteros auctores nihili habuit.

I

Quis tám sagaci córde atque ingenio único —?

Festus p. 321 M. 'sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina: quis' e. q. s.

II

'Equidem nunc resipíui, postquam péctus est laetítia onustum.

Priscianus p. 879 P. 'sapio tam sapui uel sapii quam sapiui protulisse auctores inueniuntur . . . . Caper utrumque in usu esse ostendit. Afranius in Brundisinis: equidem' e. q. s.

resipiui *Grut.* resip=ui (*eras.* i) *Reg.* resipui φ laetitiae *Reg.*

III

'Immo iam dudum ócculuisse, dégulasse opórtuit.

Nonius 97, 29 'degulasse est gulae dedisse. Afranius Brundisini: immo' e. q. s. (Brundisinis Bentinus)

occuluisse *conieci* occubuisse H^2 hoccubuisse φ accubuisse *ante Madvicum conieceram*

IV

. . in parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

Nonius 123, 14 'inplicare positum pro ornare. Afranius Brumdisio: in parte' e. q. s.

in *om. Neukirchius* huic *Quicheratius*

CINERARIVS

Cineraria titulum commendat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 309, sed caret togata huius formae exemplis. CGl. II 100 G. cinerarius, δοῦλος ἑταίρας. Varro l. l. V 129.

I

. . . . . Sexte fráter, mi sálue:

Quom sáluus uenís meliusqueést, gratulór dis.

Priscianus p. 804 P. 'gratulor, gaudeo pariter cum alio et gratias ago.' Nonius 116, 33 'gratulari, gratias agere . . . . Afranius Cinerario: quod saluus' e. q. s.

1 *Baccheos agnovit x* que *om. Nonii* ω 2 cum *Priscianus* quod *Nonius*

II

. . . . id mé celabat. — Cúccuru.

Charisius p. 214 P. 'cuccuru Afranius in Cinerario: id me c. c. An nomen est, ut ueru genu?' Galli cantilenam esse docet carmen de philomela (anthol. Lat. II n. 762 R.) v. 25 'cucurrire solet gallus.' Cf. Suetonii fragm. 161 de naturis animantium p. 251 R. et Petronii c. 59 'cocococo'.

cucuru *cod.*

III

alius ést Amor,
Aliús Cupido.

Servius Dan. in Aen. IV 194 '(cupidinem) ueteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius neraria: alius' e. q. s. [Omen I] Cinerario Ambros., probavit Hermannus. Minus probabilia coniecit Ritschelius opusc. II 328. Cf. Catonis or. p. 47, 14 J. 'aliud est, Philippe, amor, longe aliud est cupido.'

COMPITALIA

Prologo desumpta I II III, ut iam Neukirchius monuit.

I

. . . fateor, súmpsi non ab illó modo,
Sed út quisque habuit, cónueniret quód mihi,
Quod mé non posse mélius facere crédidi,
Etiam á Latino.

Macrobius Sat. VI 1, 4 'Afranius enim togatarum scriptor in ea togata, quae Compitalia inscribitur, non inuerecunde respondens arguentibus, quod plura sumpsisset a Menandro, fateor, inquit, sumpsi' e. q. s. Cassiodorus de amicitia prol. 'iterum in libro Saturn. Affranius togatar. scriptor in ea togata quae Compitalia inscribitur, suis respondens detractoribus dicentibus eum de libro Menandri non solum sententias, sed uerba integra transsumpsisse, transsumpsi, inquit, sed ea quae melius me posse inuenire non credidi.' Indicavit hunc locum Vsenerus.

1 illo solv̄ modo *Paris.*, *nec displicebat Hermanno, qui* solo *legebat, item Kochius, qui* fatebor *forma versum explebat*
2 quisquis *Par.* conueniret quod *Bothius* quod conueniret ω quod conueniebat *Hermannus* 3 *del. Bentleius* quod *Bothius* quodque ω, *servari vult Skutschius l. l.* 153, *sed cf. coroll.* LXV

II

Terénti numne símilem dicent quémpiam?

Suetonius vitae Terenti c. 5 p. 33 R. 'hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus: Terenti' e. q. s.

Terenti *Ritschelius opusc.* III 262 terentii *Paris. A* terentio

φ numne similem *Ritschelius* non similem ψ similem non *Nap.* "similem" non *Regin.* dicent (*aduersarii scil.*) *Ritschelio persuasi, qui in textu* dicas *posuerat.* dicens ω dices *Aldina* similem non (*volebat* num) dicetis *suaserat Bue* quempiam *contra Nipperdeium uindicavi coroll.* LXV *sq.*

III

. . . . ut quícquid loquitur, sál merum est! 30

Priscianus p. 659 P. 'hic et hoc sal . . . Afranius in Compitalibus: ut' e. q. s. (competalibus Sang. Grut. Barb.) anonymus Bern. in Hageni anal. Helv. p. 112, 4 et cod. Cusanus p. 103 Kl. 'Afranius: quicquid' e. q. s. Alcuinus gramm. p. 2091 P. 'hic et hoc sal. Cato . . . Africanus: quod loquitur sal merum est.'

ut quid *Grut.* Et v cq'd quød (*corr. m. alt.*) *Barb.* quod *Alcuinus* merust *Studemundus*

IV

⟨Ego⟩ sí non uerear, némo uereatúr tui.

Nonius 496, 25 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: si' e. q. s.

uereare *Mercerus*

V

Praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

Nonius 31, 25 'pilare dictum est ut plumare, pilis uestiri. Afranius Compitalibus: praeterea' e. q. s.

corpus meum nunc *Vrbin.* 307: *poterat* corpus nunc meum *ordinari*

CONSOBRINI

Cf. *Ἀνεψιοί* Menandri. Nonius 557, 15 'consobrini ex duabus editi sororibus. De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.'

I

Em istó parentum est uíta uilis líberis,
Vbi málunt metui quám uereri se áb suis.

Gellius XV 13, 3 'itor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt, ac dici utroqueuersus possunt: uereor

te et uereor abs te . . . Afranius in Consobrinis: hem' e. q. s. 'hic uereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior.'

1 em *scripsi* hem *ω* uita uilis *Lipsius* uitabilis *ω* 2 ab] a *Germ. Lugd.*

II

Pol mágis istius témulentae fútilis

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — temeti — — temulentum — temulentas — Afranius in Consobrinis: pol' e. q. s.

III

Scis hábitum ita ut nunc óbtinet. — Praefíscine!

Charisius p. 189 P. 'praefiscine Afranius in Consobrinis: scis' e. q. s. 'per e, non per i.' (afrā cod.)

IV

cúm mitris calaúticis

Schol. Bobiens. in Cic. p. 336 Or. 'calautica] ornamenti genus, quo feminae capita uelabant, hoc nomine fere patur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: cum mitris calauticis. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur.' Cf. CGl. II 95 G. 'cacautica, εἶδος ζώνης' (calautica Vulcanius) Hildebrandus gloss. Par. p. 241.

V

Nón sum apud me. — Hem léntus lente quae rogabo . . .

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis: non' e. q. s.

Responsi signum ℟ *extat in cod.* hem *scripsi* em *cod.* lenteque *cod.* lenteque te *ed. pr.* lente te *Bothius* *Additum fortasse fuit* dic mihi

VI

. . . . . uaha, retinét nunc linguan mórdicus.

Charisius p. 184 P. 'mordicus Afranius in Consobrinis: uaha' e. q. s.

uaha *fort. in extremo versu collocatum fuit:* uah *Plautum et Terentium usurpavisse docet P. Richter in Studemundi stud.* I 636 nunc *cod.* homo *ed. pr.*

CRIMEN

De comoedia p. LVIII W. 'omnium autem comoediarum inscripta ex quatuor rebus omnino sumuntur: nomine loco facto euentu. . . . euentu ut Commorientes, Crimen, Heautontimorumenos.'

I

. . . . . órbitatem tuaé senectutí malam
Metuí, quod in solúm non uenit caéco ac dementí tibi.

Nonius 124, 17 'insolum, insolitum.' Ineptit: cf. v. 342 Varro sat. fr. 90 B. (p. 117 R.) Cicero de nat. deorum I 23, 65 ad fam. IX 26, 2.

1 tuae senectuti *Bothius* senectuti tuae ω 2 in solum *Mercerus* insolum *antea* dementi tibi *Bentleius* demetibi (adme tibi F^1) ω

II

Quós inpune dépopulatur déspoliatur dédecus

Nonius 480, 12 'spolor pro spolior. Afranius Crimine: quos' e. q. s. 'Quadrigarius annali: ita per sexennium . . . agrum Campanum . . . expolabatur.' (spolabatur Ba expoliabatur H^1 expolabatur φ expoliabantur Junius)

despoliatur (*del.* et) *Bothius* et dispolatur ω, *sed nugatur Nonius: cf. Turpil.* 149 *cum coroll.* XXXVII *sq.* et dispoliatur *ed. a.* 1471, *cf. Prisc.* 796 *P.*

III

Haéc ieiuna iéientauit.

Nonius 126, 13 'ieientare. Afranius **** Buccone adoptato . . . Afranius Crimine: haec i. i.'

haec] *an* nec? ientauit EH^2W

DEDITIO

. . . . . quía quadrati sínt sagi.

Charisius p. 81 P. 'sagum neutro genere dicitur. sed Afranius in Deditione masculine dixit: quia q. s. s.' CGL V 591 K. 'sagus, gen. masc., ut Afranius: quia q. s. s.'

quia *anon., non prorsus certum in Charisii cod.* quod *ed. pr.* quadratis sagi *anon. Monac.*

DEPOSITVM

Cf. *Παρακαταθήκη* Menandri et aliorum.

dí sunt iratí tibi,
Qui cónciere cógites tantúm mali.

Nonius 90, 10 'conciere, cum perturbatione conmouere . . . Afranius Deposito: di' e. q. s.

1 *An* sint? 2 cogitas *Vrbin.* 307

DIVORTIVM

Argumentum quale sit apparet maxime ex fr. I et IV. Noverca odiosa notatur fr. VI, cum fastidio memorantur cognati humiles fr. V, contra laudatur benigna et prudens materni animi mulier fr. VII. Praeterea meretriculae mores agnoscas fr. VIII: de exponendo partu dicitur fr. IX. Magnas turbas rerumque vicissitudines produnt fr. X et XI.

I

qui conére noctu clánculum
Rus íre, dotem né retro mittás, uafer,
Honéste ut latites ét nos ludas diútius.

Nonius 20, 1 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum . . . Afranius Diuortio: qui' e. q. s.

2 rus ire *Gulielmius* brusire (bursire *Vrbin.* 307) *ω* retro mittas *scripsi* remittat F^1L repromittat (*puncto supra ult. litt. H*) *φ* repromittas *Gulielmius* 3 inhoneste *Onions* non est *x* ludas F^3H^1 laudas *φ*

II

Cum téstamento pátria partissét bona

Nonius 475, 20 'partiret pro partiretur.'

partis et *Ba* partis sed *P* partiret *x*

III

Quod uúlt diserte páctum, haut dictum . . .

Nonius 509, 22 'diserte et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Diuortio: quod' e. q. s.

haut *scripsi* aut *ω* *Supplendum esse e. c.* temeriter *conicio*

IV

O dígnum facinus! ádulescentis óptumas
Bene cónuenientes, ⟨béne⟩ concordes cúm uiris
Repénte uiduas fáctas spurcitiá patris!

Nonius 394, 1 'spurcum, saeuum uel sanguinarium .... Afranius Fratriis ... idem Diuortio: o dignum' e. q. s.

1 o indignum *Delrio* 2 concordesque *Junius* et concordes *Bothius* concordantes *x* uiris *Muretus* uires *ω*, *ut fortasse* uireis *scriptum extiterit* 3 factas *W? Guietus* facias *ψ*

V

plebeiúm genus,

Cognátiones mórborum cognómines

Nonius 87, 21 'cognomines' (sic F^2 ut vid. cognomen est *φ*) 'eiusdem nominis.'

1 plebeium *conieci* laetium *Ba* letium *φ* leti omne *Lipsius* letum, *i. e.* letorum *Hermannus* letum enim *Bothius* bliteum *Onions* leti *olim probabam* 2 cognominationis morborum cognominis *ω*: *cf. coroll.* LXVI cognationis morborum est cognomine *Hermannus* létum genus cognátionis morborum cognóminis *Bue. sententia difficili*

VI

Muliér, nouercae nómen huc adde ímpium,
Spurcá gingiuast, gánnit hau dicí potest —

Nonius 393, 25 'spurcum, saeuum uel sanguinarium.'

2 *Non plane absoluta sententia facile tamen suppletur, e. c.* quam odiose spurca gingiuestigia (uestigi *Gen.* H^1 uestiga L^1) aut (ut *B*) dici *ω*, *ubi* gingiua *Junius*, haud *ed. a.* 1480 spurcá magis gigni béstia (*vel* bestia aút gigni) aut dici haú potest *CFW Muellerus* spurca magis bestia hau d. aut fingi p. *Bue mus. Rhen.* 29, 199

VII

Quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
Quam blánde, quam matérno uisast péctore —!

Nonius 515, 30 'perspicace.' Idem 513, 19 'perspicace pro perspicaciter. Afranius Diuortio [59].'

1 perspicate H^1 *p.* 515 perspice W^1 *p.* 513 2 uiast *Ba* uias (*an* uisa's?) *φ* uiuis *Junius* *Deest verbum*

VIII

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

Nonius 21, 34 'uirosae mulieres dicuntur uirorum appetentes uel luxuriosae. Lucilius satyrarum lib. VII: dixi. ad principium uenio. uetulam atque uirosam Vxorem caedam potius quam castrem egomet me. Afranius Diuortio: uigilans' e. q. s.

2 uinosa *Juntina* et si sim *Stephanus*, *fort. recte* desint *Quicherat*

IX

Ecpónitor, uorrúncent cum syrmá simul.

Nonius 185, 28 'uerruncent, id est uertant . . . Afranius Diuortio: et ponito' e. q. s. Luditur in verbo 'uorruncent', quasi dictum sit de verrendo.

ecponitor, uorruncent *scripsi* et ponito auorruncent *ω*

X

Dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo.

Nonius 110, 13 'flaccet, languet, deficit . . . Afranius Diuortio: disperii' e. q. s.

sunt *L*

XI

'O diem scelerósum, indignum!

Nonius 174, 29 'scelerosi pro scelerati . . . Afranius Diuortio: o diem s. i.'

XII

Immo ólli mitem fáxo faciant fústibus.

Nonius 343, 22 'mitis est tranquillus et lenis . . . mitis est maturus . . . Afranius Diuortio: immo' e. q. s.

illi mitem G^2H^1 illi molitem BG^1 illi limitem H^2W limitem *L* paxo BG^1L faciant *om. B*

XIII

⟨Clam⟩ nóbis dictes, quaéso, ne ille indaúdiat.

Nonius 126, 25 'inaudire, audire .... Afranius Diuortio: nouis' e. q. s.

ita *suppl. x* nobis *Lipsius* nouis *ω* dictes *Lipsius* dictis *ψ*, *om. L* dicatis *Neukirchius* ne bis dicatis *Bue* indaudiat *scripsi* inaudiat id *voce* id *compuncta L* inaudiat *φ*

EMANCIPATVS

I

nudiustértius

Tute áduenisti? — Quám diluculo.

Charisius p. 185 P. 'nudiustertius ... Afranius in Emancipato: n. t. t. a. Significat autem: nunc est dies tertius.' Idem p. 192 P. 'quam diluculo.'

2 quom (*i. e.* cum) diluculo *contra Charisii testimonium x, qui in exitu illa versus post unius trochaei lacunam poni voluit (respondens e. c.* sane *praemittere poterat)* núdiust. t. a.? quam diluculo? *Bue*

II

.... quod héri ualetudo óbstetit.

Charisius 180 P. 'heri ... quidam here putant dici debere. here quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato: quod heri ualetudo, inquit, obstitit.'

obstẹtit *cod.*

III

post narráuero,

Nunc ést distentus ánimus ut negótiis,

Porro aútem propero.

Charisius p. 190 P. 'porro pro in futurum ... Afranius in Emancipato: post' e. q. s.

2 ut *cod.: conici* tot *possit*

IV

pauló prius

Hinc ábiit.

Charisius p. 191 P. 'paulo prius Afranius in Emancipato: paulo' e. q. s. 'nos paulo ante dicimus.'

1 *sq.* paúlo p. h. a. *trochaei praeplacebant Studemundo*

V

⟨Síc⟩ sollicito córde corpus nón potitur núnc quie.

Priscianus p. 703 P. 'quies quietis. Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supra dictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato: sollicito' e. q. s. Anon. Bern. in Hageni anal. Helv. 132, 33 'uetustissimi quies quiei secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit: sollicito . . . quie.'

potitur (tur *in ras.*) *Halb.* nunc *del. Bothius, ut senarius fiat*

VI

Cur nímium adpetimus? — Némini nimiúm bene est.

Charisius p. 185 P. 'nimium.'

adpetimus. ꝛt *cod.*

VII

. . ne tu summátim rationém putes.

Charisius p. 194 P. 'summatim.'

rationem *Fruterius* ratio *cod.* putas *Fabricius, Fleckeisenus Philol. II* 65

VIII

Maló pudenter métientem

Charisius p. 190 P. 'pudenter . . . Afranius Emancipato: malo p. m.'

mentientem *Fabricius, fortasse recte*

IX

Idcírco haec agere técum secreto ínstiti.

Charisius p. 196 P. 'secreto.' (afrā cod.)

h̄ (*i. e.* haec) *cod.*

X

Vt sínt repentino ápparandae núptiae.

Charisius p. 193 P. 'repentino,.pro repente . . . Afranius in Emancipato: ut' e. q. s.

XI

Deós ego omnis út fortunassínt precor.

Nonius 109, 17 'fortunare est prosperare et omnibus bonis augere . . . Afranius Emancipato: deos' e. q. s.

fortuna sint *W*

XII

Princípium hoc oro in ánimo ut sic statuás tuo,
⟨Me⟩ offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
De uxória re.

Charisius p. 195 P. 'seorsus.'

1 principio *Fruterius* ut sic statuas tuo *Bothius* ut sistuo sta . . . s *cod.* ut sic tuo statuas *ed. pr.* 2 me *addidit Maehly, om. cod.*

XIII

Quam lénte tractat me átque inlúdit! . . .

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis [V] idem in Emancipato: quam' e. q. s.

XIV

Idem és qui semper, ídque ut rite intéllegas
Te fácere

Charisius p. 193 P. 'rite.'

XV

. . . . te fácere conpecto ómnia

Charisius p. 177 P. 'conpecto.' (conpacto excerpta Bern.) Fortasse fr. XIV et XV cohaerebant.

conpecto *cod.*

XVI

Viden út facunde cóntra causarís patrem?

Nonius 89, 9 'causari, causam dicere uel defendere . . . Afranius Emancipato: uidet' e. q. s.

uiden ut *scripsi* (*an* uideo?) uidet *ω* uide ut *Bentinus* iudex *Bue* (*nec* uindex *longius aberat*) lepide et *Bergkius* (*an* callide *in septen. mutilo?*) causeris *Junius*

XVII

Sic ést orator, sí quod oretúr, tulit.

Festus p. 182 M. 'oratores — — — alias pro deprecatoribus, ut Terentius: orator uenio, facite exorator siem. Item et Afranius in Emancipato: sic est orator, si qui oritur .... alias' e. q. s.

oretur, tulit *scripsi* oritur tale *cod.*

XVIII

Vetuít me sine mercéde prosum Paúsias
Remeáre in ludum.

Festus p. 277 M. 'remeare redire — — Afranius ut in ea mancipato: uetuit' e. q. s.

1 prosum uetuit *coniunge* Pausias *scripsi, nam Graecis nominibus usus est Afranius v.* 136. 189, Thaide *in cognomine fabula.* paucius *cod.* Paccius *Scaliger*

XIX

Hém quid ais? — Mane, Sérui, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
Técum quae uolo.

Charisius p. 214 P. 'hem.'

1 serua *ed. pr.*

XX

au, quíd me censes, óbsecro?
Nón audisti?

Charisius p. 214 P. 'au; Afranius in Emancipato [XXIV] idem in eadem: au quid' e. q. s.

1 *sq.* obsecro *respondenti tribuit Hermannus, sed cf. coroll.* LXVI *sq.*

XXI

Optándum uxorem, quaé non uereatúr uiri.

Nonius 496, 28 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus

[IV] idem Simulante [III] et in Emancipato: optandum' e. q. s. (eamancipato H^1L^1W: an ecmancipato?)

XXII

⟨O⟩ quám beatae scénicae mihí uidentur múlieres,
Quae iúrgio terrént uiros desúbito et beniuoléntia

Nonius 517, 17 'desubito .... Afranius Emancipato: quam' e. q. s.

1 scentae *L* scente *Ba* scentce *Par. C* mihi uidentur *Brugmanus p.* 19 uidentur mihi *ω* 2 terrent (*vel* torquent) uiros desubito et beniuolentia *x*: mulcent *sententiam explevisse puto.* et beniuolentia terrent (fient *Palat.*) desubito uiros *ω* et desubito beniuolentia terrent uiros *olim dederam caesurae legitimae defectum polysyllabo excusans.* iurgio uiolentiaque terrent desubito uiros *Passeratius* quám beatae s. Vidéntur mulierés mihi, quae iúrgio Et béniuolentia úrunt desubitó uiros *Bue*

XXIII

'O! — Quid clamas?

Charisius p. 214 P. 'o dolentis est, ut ... Afranius in Emancipato: o! quid clamas?'

Possunt etiam ex medio versu sumpta esse

XXIV

Au, mí homo! immo edepol uós supremum meúm concelebretís diem.

Charisius p. 214 P. 'au.'

mi homo *ed. pr.* m omo *cod.* *Inter duas personas sic distribuenda et corrigenda esse* au, mí homo. ⟦ immo edepol uos, s. m. concelebrantis diem *Bergkius censebat. Exclamationis sensum, ad quem sequentia necessario pertinent, Terentius adelph.* 336 *declarat*

EPISTVLA

Supparo indutus (XII), id est puellam mentiens (XIV) adulescens in amatae domum irrepsit, ubi sero nescio quibus turbis intercedentibus agnoscitur a matre irata. Id enim narrat filia fr. XV.

I

quís tu es uentoso ín loco
Soleátus, intempésta noctu súb Ioue
Apérto capite, sílices cum findát gelus?

Nonius 207, 32 'gelu ... masculini Afranius Epistula: quis' e. q. s.

2 nocte F^1, *Junius*: *de* noctu *forma disseruit Bergkius symb. I p.* 79 sub Ioue *scripsi* (*cf. coroll.* LXVII *sq.*) sub diuo ω sub niue *Lachmannus* sub dio *Mercerus* sub diu *defendit Bue mus. Rhen.* 20, 432 *et* 41, 312 subdius *Bergkius* 3 findit *Quicheratius*

II

. cómissatum prótenis rectá domum
Digrédimur.

Nonius 376, 6 'protinus ubicumque lectum est, contra usum intellectus communis, quo statim significare creditur, positum inuenitur, ut sit protinus porro ac sine intermissione, continuo, quod iunctum tenus eius significantiam confirmat aduerbii ... et quoniam non nulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola: comissatum' e. q. s.

1 *sq. redii ad librorum memoriam, auctore Ritschelio opusc.* II 245 *sic* ⟨índe⟩ com. p. r. digredimur domum *transposueram*; *nec refragor, si quis ut Bue septenarium iamb. continuare mavult* protenus G^1 protinus W^1

III

Huc uénit fugiens ténebrionem Tírrium.

Nonius 19, 3 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia .... Afranius Epistula: huc' e. q. s.

tenebrionem *edd.* tenebrione ω Tirrium: *nomen firmat tit. Praen. in ephem. epigr.* I 20 *n.* 53 tyrrium *P* Thurium *Guietus*

IV

Itaque ádeo extundo: ex ófficio datur míhi custodiéndus.

Nonius 102, 15 'extundere est extorquere uel inuenire.'

1 *sq. Septenarium iambicum commendavit A. Luchs stud.* I 69 itaque adeo: *cf. Ter. hec.* 201 atque adeo *Aldus* exficio F^2L, *quod* exfaecio *interpretabar.* exfacio F^1 mandatur *in senario x.* ídque ab eo extundo: éx officio míhi datur custódiendus *Bue*

V

Hunc Tírrium autem mária Tyria cónciet

Festus p. 355 M. 'Tyria maria in prouerbium deductum est; quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Afranius in Epistola: hunc' e. q. s.

Tirrium *scripsi ut v.* 109. serrium *cod.*, *Serranum interpretans servari suadet Bue* ferreum *Lipsius* Seruium *vel* seruulum *Bothius* *Sententiam e. c.* ut opprimat *concludere poterat*

VI

Ita íntricauit húius hanc rem témeritas.

Nonius 8, 28 'tricae sunt inpedimenta et inplicationes: et intricare inpedire, morari .... Afranius Epistula: ita' e. q. s.

intricauit, *suprascr.* t impediuit *Ba* hanc *om. W*

VII

púlchre hoc incendí rogum.

Ardét, tenetur: hóc sepulcro sépeliet

Nonius 221, 23 'rogus ... neutri Afranius Epistula: pulchre' e. q. s.

2 hic se pulchre *Neukirchius* *Nescio an* sepulcrum *praestet* sepe (saepe) licet H^2W sepelietur *Aldina* sepeliar *Guietus* sepelietur: ilicet *Onions*

VIII

Nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi,
Quóniam comparátum est, uno ut símus contentaé uiro.

Nonius 256, 25 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ..... Afranius Epistola: nam' e. q. s.

2 quom, *in mg.* quoniam, *H*

IX

. . . . nón licet me quá contendi sémita
Péruenire.

Nonius 260, 15 'contendit proripuit uel direxit significat .... Afranius Epistola: non' e. q. s.

1 contendi *Gulielmius* contendis *ω* nón licet me quá contendi péruenire sémita *Bue*, *item*, *nisi quod* peruenire qua contendi, *x*

X

Iactábit sese. — Iáctet. — Mihi erit trístior.

X. XI Nonius 410, 1 'tristis, iratus. Afranius Epistola: iactauit ... tristior, id est iratior. idem in eadem: idem natura t. p.'

iactabit *Passeratius* iactauit *ψ* iactat L^1

XI

Idém natura trístiori paúlulo

id est *GHL*: *an* is est? paulato G^1H^1

XII

tace!

Puélla non sum, súpparo si indúta sum?

Nonius 540, 13 'supparum est linteum femorale' (immo 'femineum') 'usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat ... Afranius Epistula: tace' e. q. s. Festus p. 310 M. 'supparus ..... uestimen — —' Paulus p. 311 M. 'supparus uestimentum puellare lineum, quod et subucula, id est camisia, dicitur. Afranius: puella' e. q. s. Schol. Bern. B Lucani II 364 p. 72 U. 'supparum est uestimentum puellare lineum. quod et subucula ·i· camisia dicitur. Afranius: puella non sumus. est autem uestis quae restringit umeros, ne repugnet puella.' (scr. 'ne repugnent papillae').

1 te H^1P *Trochaei* .'. tace! puélla *e. q. s. Studemundo placebant*

XIII

Quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
Tamén fefelli.

Nonius 482, 9 'sic et callet illam rem pro illa re ... Afranius Epistula: quamquam' e. q. s. (Afranius Epistula om. Bamb.)

1 ista haec *L W* ista *P* 2 tamen non fefelli ω: non *delevi, nisi tamen latet in eo vel* uos *vel ut Bue coniecit* hunc. tam non fefellit *Bothius*

XIV

. . . succrotílla uoce sério

Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba ..... Titinnius — [Afra]nius in episto ..... tilla uoce serio.'

XV

Ego mísera risu clándestino rúmpier,
Torpére mater, ámens ira féruere.

Nonius 382, 20 'rumpere, defetigare ... Afranius in Epistola [127].' Idem 503, 14 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere.'

1 misera risu $H^2 L W$ miser risu $G^2 H^1$ miseri su G^1 miseri sub *B* miseri sum P^1 *p.* 382 miso (misso *P*) ω *p.* 503 rumpie *Ba H L p.* 503 2 torpere *Schegkius* torfere ω torqueri *Quicheratius* turgere *Bue, quod commendatur Plauti Most.* 699 *Casin.* 325 amens ira *Mercerus* amenstrua *Ba* amens tra φ

XVI

Me auctóre, mater, ábstinebis. — Quíd nisi?

Festus p. 257 M. 'quid nisi usurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistula: me' e. q. s.

quod nisi *cod.* quid nisi *alteri personae tribuit Bothius*

XVII

Amáre, habere púerum depositúm foris 130

Nonius 279, 12 'deponere est commendare ... Afranius Epistola: amare' e. q. s.

habere *om. B*

XVIII

⟨uento per⟩culsám ratem

Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula ..... culsam ratem.' Supplevit Scaliger.

XIX

⟨di te sóspitem⟩ seruént tuis.

Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes, fere auc[tores saluum. sic] Afranius in Ep[istula: di te sospitem] seruent tuis.' Supplevit Scaliger.

EXCEPTVS

Exceptvs ex mari a piscatore (IV—VIII) fortasse amoris miseriis ad consilium mortem sibi contrahendi adactus fuerat. Potest autem amica eius fuisse Moschis, de qua I—III, quaeque, ut reconciliaret desperantem, quasi de mortuo viro lamentari subauscultante eodem simulaverit (X—XII).

I

Meretrix cum ueste lónga? — Peregrino ín loco
Solént tutandi caúsa sese súmere.

Nonius 541, 10 'meretrices apud ueteres subcinctiore ueste utebantur.' Cf. Varronis sat. 302 B.

1 *Personas distinxit Bothius* 2 solant *P* causas e͞e *Ba* causa sese *** *P*

II

Consímili grassantúr uia, quibus híc est omnis cúltus

Nonius 316, 9 'grassari etiam dicimus ambulare ... Afranius Excepto: consimili' e. q. s.

grassatur *B* uia a quibus $H^2 L W$ (*notabili ablativi* uiaa *scriptura*) hic *supra add. L*

III

Vbi híce Moschis, quaéso, habet, meretrix Neapolítis?

Nonius 318, 2 'habere rursus habitare ... Afranius Excepto: ubi' e. q. s.

hice *Bergkius* hic *ω* moscis *ψ* morcis G^1 meretrix *ed. a.* 1471 meletrix *ω*

IV

'Abi tu: appellant húc ad molem nóstram nauiculam . .

Nonius 238, 24 'appellare est applicare.' Sed fugit Nonium coniunctivum modum esse: appellere Quicheratius.

Numeros perspexit Hermannus ultimam tamen vocem nauculam *pronuntiari iubens Suppleri posse* iube *monet Bue: sed obviam alia quoque sunt, e. c.* interim. *Cf. coroll.* LXVIII

V

Tum ínteribi locí conscendo cúmbam piscatóriam,
. . . . uénio, iacitur ánchora, inhibent léniter.

Nonius 535, 30 'cumba. Afranius Excepta: tum' e. q. s.

1 tum conscendo (conscendam *Ba*) cumbam interibi luci (interitus lucilius *P*) ω, *quae correxi*: loci *J. Fr. Gronovius*
2 ueno *P* uento *videtur scribendum esse, primam dipodiam e. c.* mox silente *explere poterat.* inuenio *Junii margo* leniter *Bothius* leuiter ω

VI

Proficíscor: res tempús locus, simul ótium hortabátur,
Vt óperatum illum dégerem sanctúm diem Diánae.

VI. VIII Nonius 523, 13 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare uel conuiuari . . . Afranius Excepto: proficiscor' e. q. s. 'idem in eadem [VIII]'

1 *sq. numeros agnovit Bothius* templum *P* semul L^1
2 operatum ψ operatam H^2 operam H^1P operata *Bue* operans *Quicheratius* illum dianae (diane *L*) digerem (degerem H^2L dierem *Ba*) sanctum diem ω, *qui ordo servari potest si septenarium trochaicum iambico sic adiungere non dubitabis* (*cf. coroll.* LXVII) illum degerem sanctum diem Dianae *Bothius*

VII

Conchás echinos, óstreas marínas . . . .

Nonius 216, 11 'ostrea generis feminini . . . Afranius Excepto: concas' e. q. s.

quod *praem.* H^1

VIII

Iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoueri: sóluo
Operám Dianae.

Vide VI.

1 *In dispescendis versibus Studemundum secutus sum: post* tolli *versum priorem finiveram* locari *Ba* 2 opera Diane *Ba*

IX

145/6 Fít opus luculéntum hocedie: ⟨uíctus⟩ herbam
dét . .

Nonius 317, 19 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt .... Afranius Excepto: fit' e. q. s. Cf. Varro apud Servium Aen. VIII 128, Pauli Festus s. v. 'herbam do' p. 99 M., Plinius n. h. XXII 4, 4, Placidus s. v. 'herbam dedit' CGl. V 73, 20 G.

hocedie *Bergkius symb.* I 87 *tetrametrum creticum catal. dimensus.* hoc dici *ω* hoc die *Hermannus* hoc uici *Passeratius.* hoc diei *vel* hoc: dic ei *conieceram Ante* herbam *rasura in W Vel* uolo *vel* iube *addi licet Baccheos olim discripseram: item recepta Passeratii coniectura x*

X

De uíta ac morte dómini fabulábere
Aduórsum fratrem illíus ac dominúm suum — ?

Nonius 232, 25 'aduorsum rursum apud significat .... Afranius Excepto: de' e. q. s.

1 deuito H^1 diuita L^1 fabulabere *Bothius* fabulauere (fabulare H^1) *ω* fabulauerit *Neukirchius* 2 *et bis memoratus* dominus *molestus et* suum *quo referatur obscurum.* tuum *Bothius*

XI

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
150 Vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi?

Nonius 138, 13 'maceries' ('maceries macerato' mg. HW) 'Afranius Excepto: si' e. q. s

1 illaec *Fruterius* nunc] *an* non? facere uis illi satis *senarium concludens Bothius* 2 fiet *idem*

XII

Quod uítae studium aut quód praesidium in pósterum
Mihi súpponebas, mé cum priuarés tui?

Nonius 498, 15 'genetiuus pro ablatiuo ... Afranius Excepto: quod' e. q. s.

2 priuares *scripsi* priuis *ω* priuasti *Mercerus*, *fort. recte* (*sed cf. coroll.* LXIX) priuaris *Quicheratius* tuis *Ba*

XIII

Audíte, pueri, paúca: uos succédite.

Nonius 403, 20 'succedere, ingredi ... Afranius Excepto: audite' e. q. s.

XIV

Et iám depellis míhi manum pa⟨ténam⟩ per-
palaéstricos.

Nonius 154, 12 'palaestricos, quasi ex usu palaestrae.'

et iam *separatim scripsi*, *sed fortasse* em iam *verius* paternam perpalaestricos *conieci* paper alestricos *L* pape palestrios *H* pape palestricos *EF*^{3} perpalestricos *F*^{1} paper palestricos *W* papae palaestricos *Junius* pater palaestricos *Mercerus* palaestricos *in senario Bothius* *Laudat adulescens callidum servum, qui poenam iramque paternam a se avertat* (*cf. coroll.* LXIX)

XV

Atque ádeo nolo núdo petiolo éxeas. 155

Nonius 160, 16 'petiolus, a pede diminutiue. Afranius Excepto: atque ... petiolo es pus. petigo ... porrigo ...' Fortasse quaedam ad 'pus' pertinentia librariorum turbis in nostrum locum irrepserunt.

exeas *conieci*, *sed incerta omnia.* es pus *ω* esse plus *Bothius* ire rus *Neukirchius* est opus *Guietus* hospites *Kochius* asperos (Transíre silices *s.* scopulos) *vel* asperas (Viás percurrere) *olim temptabam*; aes petas, *scil. mendicans*, *Bue*

FRATRIAE

I

Formósa uirgo est: dótis dimidiúm uocant
Istí, qui dotis néglegunt uxórias:
Praetérea fortis.

Nonius 306, 17 'fortis rursum formosa. Plautus Milite ... fortis etiam diues ... Afranius Fratris: formosa' e. q. s.

1 midium *BGH*

II

Dat rústico nescío cui, uicinó suo
Perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Nonius 280, 25 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco [VII] idem Fratris: dat' e. q. s.

1 dat *Bothius* da *ω* det *Lipsius*

III

Pistóri nubat? cúr non scriblitário,
Vt míttat fratris fílio lucúntulos?

Nonius 131, 27 'lucuns ... Afranius Fratris: pistori' e. q. s.

1 nubat *W mg.*, *Lipsius* nouat *in litura*, *cum ante fuisset* uocat, *W* nouat (nouit *Vrbin.* 307) *φ* *Interpungendum post* nubat *et* scriblitarium *a* pistore *discernendum esse intellexit Neukirchius* scriblitario *tuetur Ritschelius nov. exc. Plaut. I* 118. scribilitario H^2PW (*cf. Petronii c.* 35. 66) scribitario EFH^1L 2 lucuntulos *Bue* (*cf. Titin.* 166 *CGl.* III 316, 1 *G.*) lucunculos *Lipsius* liculentulentulus F^1L luculentulus EHP^2 W^2 lucuentulus F^3 luculentus lus P^1 luculentus W^1

IV

Septémbris heri Kaléndae, hodie ater ést dies.

Nonius 73, 32 'atri dies dicuntur, quos nunc nefastos uel posteros uocant. Afranius Fratris: Septembris' e. q. s.

erant *inserit in sept. troch. Onions* here *Lachmannus in Lucr.* 388: *cf. Ritschelius opusc. II* 255 atri F^2H^1 altri F^1L^2 aliter L^1 est *Onions* e P^1, *om. φ* hodiest *vel* hocedie *olim conieceram*: *hiatum tuebatur Lachmannus*

V

Cómmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam
ímprobi.

Nonius 393, 32 'spurcum, saeuum uel sanguinarium ... Afranius Fratris: commemorabo' e. q. s.

furta *x* spurcitiam *Junius* spurcitia *ω*

VI

retinébitur

Viri hác uoluntate única probábili,
Praegnátem quod non éxigat.

Nonius 291, 2 'exigere est excludere ... Afranius Fratris: retinebitur' e. q. s.

2 uiri hac *scripsi* uir ut *ω* uiri haec *Bothius* uiri ex *Neukirchius* unica *Fruterius* una *ω* unice *x* 3 pregnantem BH^1 quo *x* *Integri senarii duo* retinébitur uirí uoluntate última Probábili, praegnátem quod n. e. *Buechelero videntur, eosdemque numeros Bothius probaverat*

VII

. . nunc uide hóc quo pacto ego aúrum in medium
próferam.
Tú, †Castalia, cógita, tu fínge fabricare út libet.

Nonius 309, 16 'fingere, simulare mendacium. Afranius Fratris: nunc' e. q. s. Cf. Plauti Asin. 102.

1 non BGH^1 hoc *om. B* ego *Fruterius* eo *ω* 2 Castalia *nomen cum per se rarum tum in togata suspectum, sed quod confidenter eius loco reponas non suppetit, quamquam non pauca sunt obviam: e. c.* Caecilia Caltilia Cartilia Caruilia Catulla catilla catulastra; cata illuc *x*, consulta *Bue mus. Rhen.* 29, 200 *coniecit* ut *ed.* 1471 uti *ω*

VIII

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos
Supplíciis sumptu uótis donis précibus plorans óbsecrans
Nequíquam defetígarem.

Nonius 398, 20 'supplicium rursus supplicatio ... Afranius Fratres: nullam' e. q. s.

2 uotis *Scaliger* uatis ω

IX

. . id aurum mé condonat lítteris.

Nonius 497, 29 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo .... Afranius Vopisco [XXIV] idem Fratris: id' e. q. s.

X

. . . . sperátam non odí tuam.

X. XI Nonius 175, 1 'speratum, id est sponsum' ('speratam ... sponsam' Scaliger) 'Afranius Fratris [XI] idem in eadem: speratam n. o. t.'

speratum F^1 odit H^1

XI

curre, núntia

Veníre et mecum ⟨mé⟩ speratum addúcere:
Vide út puellam cúrent, conformént probe.

1 curre et ω, *delendum* et *vidit Kiesslingius*: *cf. coroll.* LXIX ecnuntia *x* 2 me *x*, *om.* ω, *ante* et *add. Lipsius*, *ipse* meam *ante* speratam *inserueram* (*cf. Ritschelii opusc. III* 190) adducere EH^1 adduce φ adduce speratam meam *Scaliger* 3 inde *conieceram* ut *Lipsius* at H^2W ad EFH^1L uideant *Onions* confirment *ed. a.* 1476 probe *Studemundus* iube ω

XII

Nón potest quin ílla stacta lónge quacumque ís olat.

Nonius 147, 1 'olat pro oleat. Afranius Fratris: non' e. q. s. Priscianus p. 838 P. 'oleo oles et olo olis. Afranius in Fratribus: non' e. q. s.

qui in *Bamb. Prisciani*, EFH^1L *Nonii* illa tacta *Nonii* H^2W illa est acta *Prisciani Reg. Bamb. Bong. Sang.* illa acta *Grut. Carolir.* quacumque is *scripsi*: *cf. coroll.* LXIX *sq.* que et cunctis *Priscianus* que et multis *Nonius* olit *Barb. Prisciani corr. m. ant.* olit *Sangall. Grut. Carolir.* solat F^1L *Nonii*

XIII

Mea nútrix, surge sí uis, profer púrpuram:
Praecláuium contéxtumst.

Nonius 64, 25 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius Omine [VIII] idem Fratris: mea' e. q. s.

2 contextumst *scripsi* contextus ψ contextum F^3H^1

XIV

Dimíttit adsestrícem, me ad sesé uocat.

Nonius 73, 29 'adsestrix femininum est ab eo, quod est assessor. Afranius Fratris: dimittit' e. q. s.

se H^1 esse W^1

XV

. equidem prandére stantem nóbiscum incinctám toga

Nonius 540, 32 'toga non solum uiri, sed etiam feminae utebantur. Afranius Fratris: equidem' e. q. s. Cf. Plauti Stich. 765.

et quidem *P* se quidem *x* incincta H^1 toga *Bothius* togam *ω*

XVI

'Interim meréndam occurro: ad cénam cum uení, iuuat.

Nonius 29, 1 'merenda dicitur cibus, post meridiem qui datur. Afranius Fratris: interim' e. q. s.

ad merendam *x* in m. *Bue* accurro *Lipsius* accuro *scripseram* (*cf. coroll.* LXX) ad cenam *om.* F^1L

XVII

. . . facile mánducari quí potest.

Nonius 477, 12 'manducatur pro manducat ... Afranius Fratris: facile m. q. p.'

Ex fratris *titulo elici posse quod ad supplendum versiculum usui sit, velut* panes tris, *scite monuit Bue*

XVIII

. . . . . ó sacrum scurram ét malum!

Nonius 397, 22 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum. Afranius Fratribus: o' e. q. s. (corr. Junius).

scurram *Ald.* succurram (*vel* succuram) ω

XIX

Proin tú, cum quaeram, né requiram té uide.

Nonius 434, 14 'quaerere et requirere hoc differt, quoniam requirere est diu quaerere. Afranius Fratris: proin' e. q. s.

cum *ms. Fabri* tum φ

XX

. . . aquam ⟨úmquam⟩ ex ceno hauríre, qui lauerént manus.

Nonius 504, 17 'lauere etiam inde manauit ... Afranius Fratris: aquam' e. q. s.

Expleri posse sententiam sic fere án uidisti aquam umquam ex caeno h. *e. q. s. monui in coroll.* LXX coeno *ed.* 1511 sino *MOP*, *Scaliger* seno φ exs aĕno *Bue* qui] qu *P*

XXI

187[1]. . . . . labella bálineis

Nonius 544, 31 'lineas (lenis Junius), uasi genus. Afranius Fratribus: labella lenis. Laberius in Cofino: . . . labella lenis.' Cf. coroll. LXXI.

balineis *scripsi* (*cf. Laberi v.* 38) lenis (lenes *CLP*) ω lineis *Nonius legisse videtur*

IDA?

Nostrum ín conuentum aut cónsessum, ludúm lapsumque petúlcum

Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Vergilius — et Afranius in Ida: nostrum' e. q. s. (Idam puellam tuetur Hertzius annall. philoll. 1870 p. 760, qui olim mus. Rhen. 3, 621 Icta, i. e. Iureconsulta coniecerat. Ira comparata Menandri fabula Ὀργή Neukirchius. Servavi librorum scripturam, cum adfirmari nil possit.)

ut confessum *cod.* lapsum ludumque (lapsum *ut verbum sit*) *Bergkius* ludum lussumque *Bue*

INCENDIVM

Suetonius vitae Neronis c. 11 'ludis quos pro aeternitate imperii susceptos appellari Maximos uoluit (Nero) . . . inducta est et Afranii togata, quae Incendium inscribitur, concessumque ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent ac sibi haberent.' Menandri fuit fabula Ἐμπιπραμένη, sed de argumenti similitudine nihil proditur fragmentis.

I

. . . seruus ést mihi Nicásio,
Scelerátus curiósus, is cum fílio
Coiécerat nescío quid de ratiúncula.

Nonius 268, 1 'coicere, furari, auferre. Afranius Incendio: seruus' e. q. s.

2 curiosis cum *BGH*^{1}*P* 3 coiecerat *scripsi* ei (*om. BGH*^{1}) coicere (cohicere *L*) ad (aut, *corr.* at *B*) *ω* ratiuncula *Junius* latriuncula *ms. Junii* latratiuncula *φ*

II

Expéiurabant, éxecrabant se ác suos.

Nonius 473, 24 'execrarent.'

expeierabant *suadebat Studemundus, non iniuria: cf. coroll.* LXXII

III

O púere puere, síne prospicere mé mihi.

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Afranius in Incendio: o' e. q. s. (Africanius Bamb.)

prospicere mihi, *addito* me, *Reg. corr.* me prospicere memet *Sang. Grut.* mihi *παρὰ προσδοκίαν dictum censet Bue*

IV

Illúd memento, né quid inprudéntius
Blaterés. . .

Nonius 78, 33 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius Augure [IV] idem Incendio: illud' e. q. s.

1 inprudentius *scripsi* in primis (inpris W^1) *ω quos secutus olim post* in primis *ultimum senarii pedem deesse statueram. Praeterea in coroll.* LXXII *octonarium* illúd m. inprimis, ne quid blateres inprudentius *proposui* ne quid inprimis blatis *Bothius* ne quid in primis blatas *vel* inprimis ne quid blateres *Hermannus*

V

'Itaque ⟨quia⟩ spissúm uidetur fíeri, non possúm domi
Meúm uirum expectáre, quem mihi stúdeo iam dudúm dari.

Nonius 392, 16 'spissum significat tarde ... Afranius Incendio: itaque' e. q. s.

1 quia (*vel* quom: *olim* nimis) *inserui. Conieci praeterea* idque quia *vel* itaque, nam spissum mihi uidetur *mavult Bue* possunt BGH^1LP

VI

Non úsque quaque idóneum inueniás locum,
Vbi dérepente cúm uelis faciás lutum.

Nonius 518, 6 'derepente ... Afranius Incendio: non' e. q. s.

1 inuenias *om. Ba* iocum H^1LP locus CH^2 2 lucrum *Lipsius*

VII

quaeque *vel* quodque *conieci* quoque ω semper *Bothius* sepae L^1 saepe E sepe φ ab aede *Mercerus* sint EF^2H sit F^1LW malum *conieci*

XXXIII

nam nutricatur [oliua]

Nonius 478, 25 'nutritur et nutricatur pro nutrit et nutricat ... Afranius Vopisco: nam n. oliua.' Vltimum hoc pertinere ad Vergilii ge. II 425 exemplum 'nutritor oliuam' quod exciderit suspicatus est Quicherat.

num H^1 nutricatur *ed. pr.* nutricator ω

EX INCERTIS FABVLIS

I

. . . tugúrium est turpe

Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur .... sordida. Afranius in V..... tugurium est turpe.' Sive Virgini sive Vopisco tribuendum.

sordidum *supplevit Vrsinus* est *cod. An* et?

II

Priapus ,

nám quod uulgo praédicant

Auríto me parénte natum, nón ita est.

Macrobius Sat. VI 5, 6 'auritos lepores non Maro primus

usurpauit, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait: nam' e. q. s.

III

Cum ad méd expiras ét fabellare íncepis,
Ex óre mi oculis tuí bibones ínuolant.

Isidorus Orig. XII 8, 16 'bibiones sunt, qui in uino nascuntur, quos uulgo mustiones a musto appellant, unde Afranius: ad' e. q. s. (bibones, suprascr. i m. 2, Monac. musciones Wolfenb. Mon.) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'hic bibo, nis ·i· ille qui multum bibit, et plur. bibones, um ·i· uermiculi uinum supernatantes, unde Afranius: cum ad me' e. q. s. (ibidem p. 77 'bibones qui multum bibunt .. bibiones, uermiculi qui supernatant uinum') Cf. Vopisc. XXI Consobr. II Menandri *Θετταλῆ* III (fr. 229 K.): *ὄζεις, ἱερόσυλ', οἶνον πολύ.*

1 cum ad med expiras et *scripsi* cum ad me expectas et *Isidori Monac.* cum a me expectas et *Wolfenb.* cum a me expectas set *German.* cum expectasset a me *Par.* 10291 (*quibus hic ordo* cum expiras ad med et *traditur*) cum ad me expectas, *om.* et, *thesaurus* ad me cum spectas et *Grialius* fabellare *scripsi* fabolare *Isidori Wolfenb. Monac.* fabulare *φ* eloqui *thesaurus* fabularique *Grialius* incepis *German.* incipes *Wolfenb. Monac.* incipis *Par., om. thesaurus* 2 mi oculis tui (*vel* tuo) *scripsi* in oculis (ocolis *Wolfenb.*) tuis (*m. 2 suprascr. Monac.*) *Isidori ω* in oculos tuos *thesaurus* in oculos tuo *conieceram. Cf. coroll.* LXXVIII bibiones, i *post. eras., Monac., illud fortasse rectius*

IV

uxórium istud tóxicum
Mittas

Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur cerua[rium uenenum, quo] quidam perungere sagitta[s soliti sunt.] Caecilius in Gamo — — Afra . . . . . uxorium istud toxicum mit . . .' (Affranius uxorium istud toxicum nec quidquam praeterea Vaticc. RS) Cf. Vopisc. XX.

2 mites ⟨habes | morés⟩ *prop. Bue*

V

Heú me miserum! — Dúm modo doleat áliquid, doleat
quíd lubet.

Cicero Tusc. disp. IV 20, 45 'impunitas enim peccatorum data uidetur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. ex quo est illud e uita ductum ab Afranio: nam cum dissolutus filius: heu m. m. tum seuerus pater: dum' e. q. s. Ibidem 25, 55 'at commode dixit Afranius: dum' e. q. s. 'dixit enim de adulescente perdito ac dissoluto.' Idem epist. ad Att. XVI 2, 3 'sed tamen dum modo doleant aliquid, doleant quidlibet.'

Vno versu coniungi iussit Bentleius

VI

410 tanne árcula
Túa plena est aránearum?

Festus p. 359 M. 'tanne eo usque, ut Aelius Stilo et Opilius Aurelius interpretantur. Itaque Afranius: tanne' e. q. s. Paulus p. 358 M. 'tanne eo usque. Afranius: tanne' e. q. s. Cf. Catullus 13, 8.

VII

pallam fác cito
Dé mensa et plagulám de lecto ⟨et⟩ péllis demitte órdine.

Nonius 378, 10 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis . . . Afranius: palam' e. q. s.

1 pallam *Palmerius* palam *ω* fac cito *Neukirchius* facto *ω* facito *Bothius* 2 de mensa *scripsi* demea *ψ* demet *BGH*[1] demito *Junius* deme et *Palmerius* deme meam et *Neukirchius* Demea *Bothius* demas *anon.* demitte *Palmerius* dimitte *ω* ordine *ed. pr.* in ordine *ω* et plagulam lecto pellis d. o. *senarium metitur Ed. Becker*

VIII

'Accedo ad te, ut tíbi ceruicem . . fingam línteo.

Isidorus Orig. XII 6, 60 'spongia a fingere, id est nitidare et extergere, dicta.' (sfingere Wolfenb.) Cf. Cicero pro Sest. 35, 77 Cato de re r. 67, 2. Servius ad Verg. Aen. VIII 634 'Afranius: accedo ... linteo, id est extergam.'

Primo pede mancum septenarium dimensus est Hermannus: ego quintum pedem (fortasse et tergum) *excidisse statuo. An* ceruices*? Cf. Varro l. l.* X 78 *Quintil.* VIII 3, 35 sfingam *Wolfenb.*

IX

Inscríbat aliquis 'árse uerse' in óstio. 415

Pauli Festus p. 18 M. 'arseuerse auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse auerte, uerse ignem constat appellari. unde Afranius ait: inscribat' e. q. s. Placidus in CGl. V 7 G. 'arseuerse prouerbium.' De Incendio cogitaveris.

arseuorse in ostio *Scaliger* in ostio arseuerse *Paulus*: *potest esse septenarii iamb. exitus*

X

Ego me ésse stultum exístimo, fatuum ésse non opínor.

Isidorus differ. 500 'quidam ueterum fatuum existimant, qui nec quod fatur ipse, nec quod alii dicunt, intelligat; stultum uero hebetiorem corde. unde Afranius: ego, inquit, me stultum ... opinor: id est obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.' Orig. X 246 'stultus hebetior corde, sicut quidam ait: ego' e. q. s. 'id est obtunsis quidem sensibus, non tamen nullis.'

esse *prius om. Isidori diff.*, *Monac. origg.*, *unde* ego memet *Spengelius* exęstimo *Paris.* 7582 *origg.* opino *Wolfenb. origg.*

XI

Nescío qui nostri míseritust tandém deus.

Gellius XX 6, 5 'inuenio .. non paucis in locis nostri atque uestri dictum; non nostrum aut uestrum ... Terentius in Phormione ... nostri nosmet paenitet. Afranius in togata: nescio' e. q. s. 'et Laberius in Necyomantia ... nostri oblitus est. dubium porro, inquit, non est, quin eodem haec omnia casu dicantur: nostri oblitus est, nostri misertus est, quo dicitur mei paenitet, mei misertus est.' infra 11: 'cur igitur Terentius paenitet nostri, non nostrum, et Afranius nostri miseritus est, non nostrum?'

miseritust *scripsi* miseritus ω, *sed vide supra Gellii verba*

XII

.. non possum uérbum facere: obbrútui.

Pauli Festus p. 187 M. 'obbrutuit, obstupuit, a bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius: non' e. q. s.

An non úllum (*s.* unum) possum? *Cf. Ter. Andr.* 256 *et* 300. 411. 753 *adelph.* 135

XIII

. . mustriculam in déntes impingám tibi.

Pauli Festus p. 147 M. 'mustricula est machinula ex regulis, in qua calceus nouus suitur. Afranius: mustriculam' e. q. s.

caue ne *praemitti potest*

XIV

Indígnum uero téstu ⟨quod⟩ dicí solet

Charisius p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius . . . Afranius: indignum . . . testu. at Maro testam dixit.'

indignum uero dici solet testu *cod.*: *ad senarium redegi.* dicier testu solet *Bothius* reici t. s. *Bue*

XV

'Etiam quicquam egísti?

Servius in Aen. XI 373 'etiam . . . ponitur etiam pro nondum. Afranius: etiam q. e.'

XVI

Intér loquendum

Servius Lemovic. in Verg. ecl. 9, 23 'inter agendum, dum agis. et honesta locutio est, si dicamus: inter cenandum hoc sum locutus. Afranius: inter loquendum.'

XVII

coxéndice

Pergám ⟨remillo⟩

Festus p. 277 M. 're[millum dicitur quasi repandum.] Lucilius — et Afra . . . . . xendice pergam . . . . . .'

XVIII

'Arquato medeór, ⟨solato⟩ . . . uertígini

Festus p. 301 M. 'solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afrani ..... arquato med ..... tigine.'

Laciniam quantum fieri potuit consarcinavi; si fabulae nomen apud Festum defuit, versus fortasse sic incepit: soláto et arquató medetur ... uertigini. árquato medetur, solato, affecto (*aut* medeor, s., cruciato) uertigine *Bue. Cf. coroll.* LXXVIII

XIX

Festus p. 314 M. '[stipes fustis terrae] defixus: Afra ..... [p]orro honeste ..... ite hostium ..... oro fidem, qui .... eam siluam et' e. q. s. Plane incertum est quantum ex hac ruina pertineat ad Afranium. stipite ostium impulit Scaliger.

XX

Rutilia

Festus p. 262 M. 'Rutilium rufum significat, cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina Rutilias, ut indicat frequenter Afranius.' Cf. Varro de l. l. VII 83 'rutilare est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde mulieres ualde rufae Rutilae dictae.' de praen. 7 'antiquarum mulierum .. praenomina fuerunt Rutilia' (sic Vatic. rutilla Torrenius rutila ceteri) 'Caesellia ... a colore ducta.' Rutilia nomen extat e. c. in CIL I n. 144, Rutila in CIN n. 5891

XXI

comptus

Pauli Festus p. 40 M. 'comptum Afranius pro ornatu et excultu posuit.'

XXII

num quis me quaésiit? —

Bóna fortuna.

Pompeius in CGL V p. 311 K. 'charientismos ... habemus etiam apud auctores hoc: ecce habemus in Afranio. interrogat seruum adulescens: numquis me quaesiuit?

et ille seruus respondet: bona fortuna, id est nullus, quasi rem duram dictu mitius dixit.' Charisius p. 247 P. 'charientismos est dictio per ea quae grata sunt aliud dicens aliud significans, ut cum interrogamus num quis nos quaesierit et respondetur bona fortuna, unde intellegimus nos neminem quaesisse.' Similia Diomedes p. 458 P., Donati ars in CGL IV 402 K., scheda Monacensis edita a Spengelio Philol. XXI 122.

1 quaesiit *Par. P, Santen.* quaesiuit φ *Disposuit numeros* x *mus. Rhen.* 20, 374

XXIII

430 cupiluci*

Varro de l. l. V 25 M. 'extra oppida a puteis puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius scribit, puticulae quod putescebant ibi cadauera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius cutilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen.' (perpetuos F, corr. Grothius perpetuo Laetus cutilucos libri puticulos Laetus putiluculos B petilucos vel cupilucos conieci). Cf. Festus Pauli s. v. puticulos p. 216 M.

XXIV

nauci dare

Ausonius cent. nupt. praef. 'pro quo' (sc. centone) 'si per sigillaria in auctione ueniret, neque Afranius nauci' (naucum Salmasius) 'daret nec ciccum suum Plautus offerret.'

XXV

ipsissimus

Pompeius in CGL V 153 K. 'ea autem quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. Ne te decipiant illa Plautina et Afraniana uerba, ipsissimus; ioco comico hoc dixit. est etiam apud Graecos *αὐτότατος* tale. comica sunt ista et ad artem non pertinent.'

XXV[a]?

ieientare

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato [IV] Plautus ... Afranius Crimine [III]' e. q. s. Fortasse supra quod legitur Afranii nomen errori debetur.

XXVI

Nonius p. 557, 14 in extremo libro, in capitis XIX 'de propinquitate' exitu post explicata nomina 'caesares agrippae uopiscus glos leuir fratriae amitini patrueles consobrini' haec addit: 'de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.' Cf. Afranii Consobrini, Fratriae, Materterae, Mariti, Priuignus, Sorores, Vopiscus.

XXVII

Marius Victorinus in CGL VI 79 K. 'quod uero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam deuerbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris uersuum ⟨uelut⟩ colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis.'

uelut inseruit Keilius

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Seneca epist. 89, 7 'sapientia est quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus.' Cf. Afranius 299.

II

Servius Dan. in Verg. Aen. XI 160 'ueteres enim uiuendo uincere dicebant superuiuere . . . nam et

in togatis uictrices appellantur, quae uiros extulerunt.'

III

Donatus in Ter. eun. I 1, 12 'concessum est in palliata poetis comicis seruos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.'

IV

Quis⟨nam⟩ íste torquens fáciem planipedís senis?

Quintilianus V 11, 24 'admonendum est rarius esse in oratione illud genus quod *εἰκόνα* Graeci uocant, quo exprimitur rerum aut personarum imago, ut Cassius: quis istam faciem lanipedis senis torquens.' Cassium Parmensem laudari suspicatur in indice Halmius; sed tragoediam certe iste versiculus non spirat. Immo Cassius Severus orator nobilissimus intellegendus, de quo vide H. Meyeri oratt. Rom. fr. p. 545 sq. Verba eius a Quintiliano laudata aut prosa sunt aut ex comoedia in orationem translata et versus ut fiat, ita transponenda ut indicavi.

iste *Burmannus* istam *ω* planipedis *Regius* lanipedi *Ambros. Bamb. m.* 2 lanipendi *Bamb. m.* 1 faciem torquens *Bue*

FABVLA ATELLANA

L. POMPONIVS BONONIENSIS

ADELPHI

. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi

Nonius 96, 18 'datatim, id est inuicem dando .... Pomponius Adelfis: quod' e. q. s.

quod ílle *cum vulgo Bergkius*: *cf. coroll.* LXXIX quid ílle *x* dixit *Quicherat, fort. recte* lusimus *Guietus* lusitat *Onions* lusit *malim* lusi tecum *Vrbin.* 307

AEDITVMVS

Quí postquam tibi appáreo atque aedítumor in templó tuo,

Néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

Nonius 75, 15 'aedituor, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo: qui' e. q. s. Gellius XII 10, 7 'aeditumus uerbum Latinum est et uetus, ea forma dictum, qua finitimus et legitimus .... Pomponii fabula Atellania est, quae ita inscripta est: Aeditumus. In qua hic uersus est: [1].'

1 tibi *Gellius* ubi *Nonius* adpareo *L* apareo *H* aedituor *Nonius* tuo *om. Nonius* 2 mortalibus FH^1L immortalis *Bothius* ullum *om. W* ullo F^3H^1 ullum, *i. e. quicquam, defendit Hauptius Herm.* IV 154 miseriu'st *Munkius* miserius est *ω* est miserius *Bothius*

AGAMEMNO SVPPOSITVS

Ne quís miretur, cúm tam clare tónuerit,

Vt, sí quis dormitáret, expergísceret. 5

Nonius 473, 3 'expergisceret pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone subposito: ne' e. q. s. Prologo tribuit Munkius p. 86.

1 miretur *ed.* 1476 miraretur *ω* cur *x*

ALEONES

I

'Aleo ⟨non⟩ lúdam sane, ⟨né⟩ meae malé olánt manus.

Nonius 147, 3 'olat pro oleat . . . Pomponius Aleonibus: aleo' e. q. s. (in lenonibus Vrbin. 307)

aleo, *i. e.* allio, *ω*: *cf. Plauti Most.* 45 *cum Gesneri quem Ritschelius laudat in script. r. rust. indice et Varro apud Non.* 201, 6 *nec non Lachmannus in Lucr.* 33 alea *Guietus* non *Bothius*, *om. ω* si *Onions* sanae *EFL* ne *Bothius*, *om. ω* olant *edd.* oleant *ω*

II

'At ego rusticátim tangam, ⟨nam⟩ úrbanatim néscio.

Nonius 166, 30 'rusticatim pro rustice.' Idem 409, 1 'tangere etiam circumuenire . . . Pomponius in Aleonibus: at' e. q. s.

ad H^2LW *p.* 466, *L p.* 409 nam *Guietus*, *om. ω*

ANVLVS POSTERIOR

Id crédo metuis né ⟨tibi⟩ inuidiaé siet,
Cum némo qui a te récipiat reperíbitur.

Nonius 508, 11 'repperibitur pro repperietur. Pomponius Anulo posteriore: id credo' e. q. s.

1 tibi *Bothius*, *om. ω* inuidiae siet *scripsi* inuidia (inuia L^1) desit *ω* inuidiae id sit tibi *Mercerus* inuidia inde sit *Bothius* inuidia desit tibi *Junius* 2 a *deleri voluit Passeratius* repperitur *Ba*

ARMORVM IVDICIVM

9[1] Tum praé se portant áscendibilem sémitam,
Quam scálam uocitant.

Lactantius in Statii Theb. X 841 'gemina latus arbore clusus Aërium sibi portat iter] admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: tum . . . uocant.' Abhorrere spondeos a primi p. Chr. saeculi arte iam A. Langius quaest. metr. p. 30 monuerat nec ipse tacueram: Pacuvio reddi voluit Bernh. Schmidt mus. Rhen. 16, 589 sqq. Ipse olim inter Atellanas reposui, mecum facit A. Dieterich Pulcinella p. 102.

2 uocitant *B. Schmidt* uocant *schol., quod si quis servare velit, trochaico numero priorem versiculum dimetiendum esse monet Schmidtius, ante quem grammatico, non poetae haec explicatio tribuebatur. De* scala *numero singulari cf. Quintilianus I* 5, 16

ARVSPEX vel PEXOR RVSTICVS

bucco, púriter

Fac út rem tractes. — Láui iandudúm manus.

Nonius 516, 18 'puriter. Pomponius Aruspice uel Pectore rustico: bucco' e. q. s. (Pexore scripsi, idem esse Pectore sentit Bue conl. mus. Rhen. 45, 159 Pecore Hertzius ann. philoll. 1873 p. 339 Praecone Bothius Petitore Rothius Rectore Quicheratius) Ceterum cf. coroll. LXXIX.

1 furiter *Ba* H^1 L^1 *P* 2 ut rem *scripsi* uti *ω* ut te *Bothius* ut ista *x* tractis *W* Búcco, puritér fac tractes *continuat Bergkius* laui iam dudum *ψ* lauuan dunum *Ba*

ASINA

I

Atque aúscultare dísce, si nescís loqui.

Nonius 246, 16 'auscultare, audire . . . Pomponius Asina: atque' e. q. s. (Asinaria Passeratius)

II

Exílui de nocte ád molam fullónis festinátim

Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142.

exilui *BaH* exsilui *φ* ad noctem *Palat.* fullonis *Laurembergius* fullone *ω* fulloni' *x* festinantim *P*

AVCTORATVS

I

14/5 Neque enim égo sum Mémmi neque Cassí neque Munati 'Ebriae . .

Charisius p. 37 P. 'communia ex' (scr. 'et' ut apud Donatianum) 'masculino et feminino, ut adsecula conuiua. Pompeius in Auctorato (II). ebria masculino in eodem Pompeius: neque' e. q. s. Donatiani fragm. CGL VI 276 K.: 'communia et masculino et feminino, ut adsecla conuiua ebria. ⟨conuiua⟩ feminino Pomponius in Auctorato [II]. ebria masculino in eodem Pomponius [I].' Memmii et Cassii memoriam Bue ex Plinii n. h. 21, 8, Munatii ex Sallustii bello Iug. 27 sqq. repeti vult.

enim *om. Donatianus* ergo *eiusdem Vatic.* sum Memmi *Lindemannus* sum menni *Charisii cod.* sumēni *Donatiani Vatic.* sume ni *Ambros.* Cassia *Donatiani Ambros. Vatic.* Munatius *Donatiani Ambros. Vatic.* Ebriae *Lindemannus* ebrea *cod. Charisii* ebria *Donatianus* *Anapaestos ultimo pede deficientes indicavit Bue*, *trochaeos* néque enim sum Memmí neque Cassi néque ego Munati 'Ebriae *fecit x*; *senarios* néque e. e. Sum *e. q. s. ipse dederam*, *sed cf. Brugmanus p.* 31

II

. póstquam conueni ómnis conuiuás meas

Charisius et Donatianus l. l. ad fr. I Priscianus p. 642 P. 'hic et haec agricola .../conuiua. Pomponius in Auctorato: conueni' e. q. s.

conuenio *Charisii cod.* omnes *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Prisciani* postquam conuiuas omnes conueni meas *Bothius*

III

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. (auctoro P) Priscianus p. 1010 P. 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.'

iocari *H? W* locari *φ*

IV

Occídit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s. Spectaculi amphitheatralis meminit mulier. Cf. coroll. LXXX, nec aliter sentit A. Dieterich Pulcinella p. 101. Ariadnam in tragoedia loqui ac fortasse apud Nonium ex Auctorato verba cum titulo Ariadnae excidisse suspicatur Vahlenus mus. Rhen. 16, 473; Ennii Medeae adeo tribui vult Quicheratius, sed constat septen. iamb. a tragoedia alienum esse.

toruiter *edd.* torbiter *ω* me amore sauciauit *Lipsius* me amores amauit *ψ* mea memores amauit *Ba*, *in quibus latere* sauiauit *recte monet Bue*, *verum tamen esse vix credo*

BVCCO AVCTORATVS

Sí praegnans non és, paribis númquam. 19/20

Nonius 508, 1 'paribit pro pariet.'

Trochaeos habet Bue; *mihi ipsa sententia inperfecta videbatur*, *nisi hoc fere modo suppleatur*: ⟨at enim⟩ si praegnans ⟨núnc⟩ non es, ⟨posthác⟩ paribis númquam

AVGVR

immó mane!

Non ésuribis diútius. — Qua ré? — Rogas?

Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam.'

2 *Recte personas distribuit CFWMuellerus prosod. Plaut.* 37 (*cf.* 269) rogas? *idem* (*cf. coroll.* LXXX) roga *ω* eroga *Bothius* *Septenarium troch. metitur x*

BVCCO ADOPTATVS

I

Clándestino tácitus taxim pérspectaui pér cauum.

Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte. Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s.

Fort. tum *initio v. addendum*: *v. supra* cauum F^1 cautum *φ*

II

saepe ádnuit,

'Inuenibit saépe. 25

Nonius 479, 27 'inuenibo pro inueniam.'

1 *Praemittendum fortasse aut post* saepe *inserendum* qui *hac sententia*: alteri qui saepe adnuit roganti, rogans ipse saepe inpetrabit uel quaerens inueniet. sepe *Ba* sae *W* annuit $\bar{H}L^{a}W$ ambit *Bothius* anquirit *Quicheratius* *Vno versu* saépe adibit, ínuenibit s. *scribendum censet Bue* 2 inuenibit *ed. a.* 1471 inuenit ϖ sepę *Ba*

III

Pergís properatim

Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter . . . Pomponius Buccone adoptato: p. p.'

perges *Bothius*

IV

26[1] Iéientare núlla inuitat

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato: i. n. i. Plautus . . Afranius Crimine' e. q. s.

Pomponio haec reddidit Neukirchius. Vide Afranii inc. fab. XXV[a]

CAMPANI

Dantór publicitus Dóssenno et fullónibus Cibária.

Nonius 513, 9 'publicitus pro publice ..... Pomponius Campanis: dator' e. q. s.

1 *sq.* dator dosenno et fullonibus publiciter cibaria ϖ dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius*, *praeiverat* dato Dossenno *Mercerus*, publicitus *ed. a.* 1471 (*cf. coroll.* LXXX). dato Dórsenno et fullonibus Públicitus c. *Munkius*. dat ordo (*sc. senatus municipalis*) Dóssenno et f. Públiciter c. *coni. Bue* *Probarem* . . . dantor Dóssenno et f. | ⟨pro méritis summis⟩ públicitus cibária: *cf. Plauti Amph.* 1027

CAPELLA

Clípeum in medio fíxum est.

Charisius p. 59 P. 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. sed . . . Liuius in significatione scuti

neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Anon. de dub. nom. in CGL V p. 574 K. 'clipeus generis masculini . . . et Pomponius generis neutri: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

medio *anon.* medium *Charisii cod.*

CITHARISTA

Cf. *Κιθαριστής* Antiphanis et Menandri.

nóli, quaeso, iráscere: 30
Móre fit, moríri suam ⟨uir⟩ quísque ut uxorém uelit.

Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius etarista: noli' e. q. s. (etacrista FH¹ Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius Hetaerista Quicheratius, fort. recte)

1 neli F^1L 2 moriri suam uir quisque ut uxorem uelit *scripsi* moriri suam quisque uxorem ut uelit *ω*, *nisi quod* quisque *om.* F^1L, *sed post* uxorem *spatio 5 litterarum relicto* L suam moriri quisque ut uxorem uelit *post Guietum Bothius* moro *post* fit *inseri vult Bue*, semper *post* moriri *x*, uir *post* uxorem *Onions*

COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab íllo . . . . .

Nonius 104, 12 'expalpare, elicere . . . Pomponius Collegio: si' e. q. s.

CONCHA

Vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere' (immo 'excire') '. . . Pomponius Conca: uos' e. q. s. Idem 292, 26 'eliminare' ('se' add. Quich.) 'est exire. Ennius Medea exule [II] Accius Phoenissis [VII] idem Meleagro [VIII] Varro Serrano . . . ex oraclo elimino me. eliminare rursum excludere. Pacuuius Duloreste [XIV] Pomponius Concha: uos' e. q. s. (concla *ω*)

isti *p.* 292 *BG*, *potest verum esse.* istic, ic *in ras.*, *H* manet *ω* hedis *BGH*¹

CONDICIONES

Víx nunc quod edim inuénio: quid nam fíet, si quam
dúxero?

Nonius 507, 8 'edim pro edam ... Pomponius Conditionibus: uix' e. q. s.

qđnã *Ba*

CRETVLA vel PETITOR

Cf. Munkius 34.

I

bene éuenat! —
Ita fíat: et tibi béne sit, qui recte óminas.

Nonius 474, 9 'ominas. Pomponius Cretula uel petiture: bene' e. q. s. (om. P Petitore Bentinus) Candidati esse monet Gulielmius Veris. I 11.

1 euenat *scripsi idemque senarios distinxi* eueniat *ω* 2 fiat *scripsi* sit *ω* quom *x* hominas *W*

II

bálnea
Forús macellus fána portus pórticus

Nonius 206, 18 'forum generis neutri. masculini ... Pomponius Petitore: balnea' e. q. s. (portitore F^1) Fortasse promittit haec candidatus se aedificaturum esse, si aedilis creatus fuerit.

1 balneae *Mercerus*: balneas *si scribes, habebis septenarium* 2 foros macellos *poetam scripsisse puto* fortus FL^1, *del. x* porticis H^1

DECVMA

Ad Fullonis Decumam coniectura refertur.

. . non multi, séd temeti plúrimi

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — Pomponius in Decima: non' e. q. s. (deuncia Politiani exc.)

Aut ab initio uini *praemittendum aut cum Buechelero* mulier *post* multi *inserendum* sed temeti *scripsi* temeti sed *cod., om. in lacuna Politiani exc.*

DECVMA FVLLONIS

Cf. Frontinus de aquaed. 94.

'Et ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

Nonius 4, 17 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter .... Pomponius Decuma fullonis: et' e. q. s. Idem 105, 15 'eculeos, deminutiuum ab equis M. Tullius in Hortensio dici uoluit ... Pomponius Decuma fullonis: ubi' e. q. s. Idem 182, 14 'tortor pro torqueor. Pomponius Fullonis ducum: et' e. q. s.

et *om.* ω *p.* 105, *facile* set *conicias* insiluit ω *p.* 105 coculeatum *Bue* cocleatum $BaFHL^2$ *p.* 4, ψ *p.* 182 clocleatum *W p.* 4 coleatum L^1 *p.* 4 *et* 182, *Turnebus* culeratum EF^3H^2 PW *p.* 105 culenarum F^1H^1L *p.* 105 cochleatum *Gesnerus* ibi] ubi EF^1LPW *p.* 4, EFH^1L *p.* 182

DIVES*

Quóm palumbem ex óre tollit únum .....

Nonius 219, 8 'palumbi ... masculino ... Pomponius deuitae: quo' e. q. s. (diũite E Debita Junius de uite Aldina Diuite Bothius)

quo ω *praeter Vrbin.* 307, *qui* duo: quo *habet*; *videtur autem sermo esse de eo, qui omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem captet* ex ore tollit unum *scripsi* unum ex (et ex W^1) ore tollit ω unum *del. x* *An* quor ... tollis? *De parasito cogitans* quoí palumbes unum ex o. t., ⟨ex patina alterum⟩ *Bue*

DOTALIS*

Dotalis, servus scilicet.

Vínum panemque, ómnem ceterum áliam praeberém penum.[1]

Nonius p. 219, 30 'penus ... masculini Pomponius Dogali (elogali Vrbin. 308) unum penum quae o. c. a. p. penum. Nouius Dofacta' e. q. s. (Dotali Bothius Dotata Palmerius) Cf. coroll. LXXX.

uinum *Junius* unum ω panem *Bue*, *Quicheratius* penem *H* penum φ quae FLW praeberim F^1 praebere in *L* praebuerim *Vrbin.*

DOTATA

I

Scío pol te illam amáre efflictim .....

Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer ... Pomponius Dotata: scio' e. q. s.

sci W^1

II

Possum éxorare te út recedas á me paulispér modo? — Quantísper sat habes?

Nonius 511, 31 'aliquantisper .. Quadrigarius .. aliquantisper ... Caecilius .. aliquantisper ... Caecilius .. paulisper .. quantisper .. Pomponius Dotata: possum' e. q. s. Excidit fortasse paulisper lemma.

ERGASTILVS*

ERGASTILVS an ERGASTVLVM? Ergastulo respondet *Μυλών* Antiphanis. Nonius p. 447, 5 glossas ergastylum (ergastilum BaW ergastulum H^2), scil. 'carceris locus', et ergastylus (ergastilus BaW), scil. 'custos poenalis' praebet. ergastylus sive ergastilus a Lucilio et oratore vetere usurpatus.

I

Lónge ab urbe uílicari, quó erus rarentér uenit,
⟨Id⟩ non uilicári, sed dominári est mea senténtia.

Nonius 164, 28 'rarenter pro rare ... Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, 1 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28 'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nouius Exodio [IV] Ennius Andromacha ... conatur trabem. Ergastelo [1].' (ergastilo P)

1 ab unde *Ba p.* 515 uilicariae (uilicarie *P*) *ω p.* 515 uilicari' *x deverbio instituto* herus *EFH p.* 164 eris *FL W p.* 186 rus *BaP p.* 515 2 id *Bothius, om. ω* non est *Munkius* non enim *x* uilicaris L^1 *p.* 164 sed dominari *om.* F^1L *p.* 164 mea est *ω p.* 186

II

Praesénte amicis ínter cenam d. o.

Donatus in Ter. eun. IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus. Pomponius in Ergastulo: praesente' e. q. s.

(Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine ergo istuc Par. Lugd. Dresd., ed. Tarv. cum recentioribus sine ergo istac edd. Rom. Vind. Med.)

d. o. *interpretatur* dat operam *Bue*, deamans osculatur *Dziatzko*

FVLLONES

I

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite? —
Mi fráter, salueto! — 'O soror, salué, mea!

Nonius 472, 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus: quin' e. q. s.

2 mi *ed. a.* 1471 mihi *ω* salueto *CFWMueller prosod. Plaut.* 652 salue *ω* soror *BaP* soro *φ*

II

Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concídite.

Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

ferueat H^1 insipite *Scaliger* instipite *ω* concidite *intellego* pinsite; *cf. v.* 86

GALLI TRANSALPINI

Mars, tíbi facturum uóueo, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poeta in Gallis Transalpinis errauerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Galliis Petav.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. nam nec duos dentes habent (et hoc quidem et genus monstri est), et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' ed. 1476 'Pomponius' libri) Pessime haec contracta ex uberiore Gellii capite.

1 facturum uoueo *vel* uouo facturum *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 37 uoueo facturum *ω* tibi | Voueó f. me esse *Dziatzko* *Ceterum sacrae formulae exempla (ephem. epigr.* IV 225 *sq.)* futurum *flagitant* redierit *Gellius et Nonius* rediero *Macrobius*

HERES PETITOR

I

Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatrinám laui.

Nonius 504, 23 'laui etiam positum pro lauari. Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. (petitorem H^1)

facies *P* lauatrinam *Lachmannus in Lucr.* 393 latrinem *Ba* latrinam *φ* lauatrina *x*

II

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conuíuium!

Nonius 511, 18 'ampliter ... Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (potitore Bamb. pectore Par. P) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum ... Pomponius: eius aptate' e. q. s.

heus] eius *ω p.* 234 puer *GHLP p.* 234 ampliciter W^1 *p.* 511 conuium *Ba p.* 511 conuiuia *LW* conuiuiam H^2P *p.* 234

HIRNEA PAPPI

Décimus mensis ést, cum factum est. íta fit, ita sempér solet:
Décumo mense démum turgens uérminatur, párturit.

Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger) Comparat Bue mus. Rhen. 35, 394 Nestoris hirneam apud Iuvenalem VI 326.

2 demun (demon H^1) *ω*

KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris
Vérba. — Iube modo ádferatur múnus, uocem réddam ego

Ténuem et tinnulam . . . . . .
'Etiam nunc uocém deducam? 60

Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce .. sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellania, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem ... tinnulam et infra [4].' Cf. Munkius p. 49 sq.

1 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur *ω* 2 iube ergo *Salisb.* unus *Par.* uocem reddam ego *x* ego uocem reddam *ω* ego uocem dabo *vel* uocem reddibo *olim proposui, ac ne nunc quidem paenitet* ego uocem tibi Reddam t. et t. *Bentleius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* *Valde arrident elegantiores Buecheleri versus* uócem d. o., út uideatur múlieris. ‖ Iúbe modo adferátur munus, réddam ego teneram et tínnulam. *Deinde unius minimum versus lacunam esse censeo* 4 *Interrogandi notam posui*

LAR FAMILIARIS

. . oro te, uáso, per lactés tuas

Priscianus p. 686 P. 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco *γαλακτίδες* dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est ... Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s.

te oro *ω*, *transposui* uaso, *i. e.* uasate *scripsi* baso *ψ* ba=so *Barb.* basso *Sang.* bas$^{o}_{=}$ (e *eras. ut vid.*) *Grut.* base *Reg.* basse *χ* basse *vel* Basse *vulgo* Basse, ⟨quaeso⟩ *Bue*

LENO

Cáseum molle

Charisius p. 60 P. 'caseus masculini generis est ... sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' Beda de orthogr. GL VII 266 K. 'caseus ... Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

MACCVS

Cf. Ritschelii Parerg. I 133 sq.

I

Quíd futurum est, sí pol hanc ego díscere artem attenderim?

Nonius 238, 16 'attendere est intendere .... Pomponius Macco: quid' e. q. s.

probe *conieci* hanc ego *Munkius* ego hanc *ω* si pol (*vel* pol si) discere artem ego hanc *x*

II

Cónforisti mé, Diomedes.

Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: c. m. D.'

conforiasti *Salmasius Cf. schol. Iuvenal. III* 38 me, Diomedẽs] *an* med edio medi? *Cf. Titin.* 111

MACCI GEMINI

I

Sero ést: si sexta tíbi placet, ueníbo . . . .

Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminis Bamb.)

si sexta, *ut scripsi, Colb.* si sexta si *Ba* sexta si *φ*

II

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus, accinge ád molas.

Nonius 469, 28 'accinge pro accingere. Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (machis Bamb. inachis Par. P)

inibi *Lipsius* mihi *ω* reuertor *Ba* amus *Ba* accingere *BaH*^{1}*L*, re *adpuncto W* adcingere *P*

III

⟨A⟩ périi! non puéllula est. numquíd ⟨nam⟩ abscondidísti Intér nates?

Nonius 75, 27 'abscondidit pro abscondit. Caecilius Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. Cf. Aristophanis Thesmoph. 643 sq.

puella *ante Aldinam* puerula *x* nunc quid abscondidisti (abscondisti *P*) *ω* num quid abscondisti *Aldina Senariorum alterum* numquíd, ⟨mea uirgo,⟩ a. i. n. *prop. Bue*

IV

Incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

Nonius 470, 31 'intui et contui pro intueri . . . Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.) Vide praeterea inc. fab. I.

incepi *Aldina* incoepi ω contui *om. W*¹

MACCI GEMINI PRIORES?

Non diversam fuisse a fabula superiore ipse versiculus reddit probabile. Cf. Ritschelius Parerg. I 135.

Quín bono animo es? uídeo erepsti prímiter de pánnibus.

Nonius 154, 25 'primiter pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro pannis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Pomponius om. P machis BaHP macchis LW) Idem 506, 24 'es pro esto . . . Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius p. 188 P. 'primiter: Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es, eripis primiter.' (prioribus e pannibus ortum et transpositum esse ingeniosa Buecheleri suspicio est)

quin *om. Nonius p.* 488. 506, *Charisius* bonanimo *P* bona animo *Ba* est *Non. p.* 154 ω uideo *om. Charisius* erepsti *Bue decl. lat.* 66 eripis te *Non. p.* 488 ω eripis *p.* 154 ω, *Charisii cod.* derepis (depis *W*) *Nonii p.* 506 ω erepisti *Vossius* eripuisti *Junius* '*ex vetusto codice*' erepsisti *fuit qui in iambico octon. positum tueretur* primit˜ *Ba p.* 488 panibus $F^1H^2L^2W$ *p.* 154 *Personas distinguit x*

MACCVS MILES

I

nam cibária

Vicém duorum mé comesse cóndecet

Solúm.

Charisius p. 101 P. 'duorum Pomponius in Macco milite: nam' e. q. s.

1 nam si cibaria *ed. pr.* duorum solum me c. c. *cod.*, *transposui* solum, *nisi glossema potius existimandum erit.* duorum solum me esse condecet *Machly*

II

73 Cum cóntubernale púgnaui, quia meám cenam . . .

Charisius p. 99 P. 'contubernale Pomponius in Macco milite: cum c., inquit, pugnaui, quia m. c.'

Septenarius vel iambicus vel anapaesticus contubernale *cod. quod* contubernalei *olim interpretatus eram, ut* annalei *idem Romanus p.* 97 *memorat, disertum autem de vocali testimonium deest utroque loco, nec decerni potest ablativi terminationem utrum longam an brevem haberi voluerit poeta.* contubernale ego *Bothius in senario* q *h. e.* quia *cod.* quod *ed. pr.* qui *coni. Keilius, non male. In exitu versus* cenauit *suppleri potest. Senariorum frusta* cum contubernale pugnaui quia Meám cenauit cenam *parum numerose distribuit Hauptius Herm. II* 216. *Creticos tales* átque cum cóntubernále pugnáui, Quí meam cénam [edendo fidem fregit] *effecit Bue*

MACCVS SEQVESTER

Símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam lúcifer.

Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget . . . Pomponius Maccho sequestre: simile est' e. q. s.

quasi *MO* quas *ω*

MACCVS VIRGO

75 Praéteriens uidít Dossennum in lúdo reuerecúnditer
Nón docentem cóndiscipulum, uérum scalpentém natis.

Nonius 516, 22 'reuerecunditer' ('uerecunditer' BaHL) 'Pomponius Maccho uirgine: praeteriens' e. q. s. (macco plerique secundum Quicheratium Virgine Bothius uirginem *ω*)

1 uidi *Bothius* Dossennum *Bothius* dossensum *Ba* duossensum *φ* 2 cor discipulum *coni. x* uererum *Ba* nates H^1P

MEVIA

Díes hic sextust cúm nihil egi, díe quarte emoriár fame.

Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta . . . .

uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia scribitur: dies' e. q. s. (metui ascribitur optimi libri) Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo diequinte pro aduerbio . . . ecce uenit illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia inscribitur: dies' e. q. s. (Mebia vel Maebia libri)

sextust *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 29 sextus *ω* tertius *Scriverius* nil *commendat Fleckeisenus* edi *Pontanus* die septime *Pontanus* emoriar *Scioppius* moriar *ω* *De forma* diequarte *cf. Fleckeisenus l. l.*

MAIALIS

Glossaria excerpsit G. Loewe Prodr. 377.

I

. . . animos Vénus ueget uoluptátibus.

Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s.

II

Míseret me eorum, quí sine frustis uéntrem frustrarúnt suum.

Nonius 473, 17 'frustro pro frustror. Pomponius Maiali: miseret' e. q. s.

Trochaeos commendantem Muellerum prosod. Plaut. 612 *secutus sum, iambos olim exhibueram* meorum W^1 frustris BaL^1W^1 furstis H^1 fustis P fructis C

III

cenam quaéritat: 80

Sí eum nemo uócat, reuortit maéstus ad maenám miser.

Nonius 476, 1 'reuortit.' Cum hoc fr. Meinekius comparat Timoclis versus qui in com. Graec. II p. 456 fr. 11 K. extant; cf. maxime haec: *ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, Γενόμενος ὀψωνεῖ παρ' αὐτὸν οἴκαδε κ. τ. λ.* Cf. meam Colacis descriptionem p. 39.

2 *Trochaeos iambis praetuli* maenam *mss. Gothofredi* menam *φ*

MARSYA

Arnobius adv. nationes II 6 'unde quaeso est uobis tantum sapientiae traditum — —? quia per casus et tempora declinare uerba scitis et nomina — — quia numerosum et structum compositumque sermonem aut ipsi uos nostis ecferre aut incomptus cum fuerit scire, quia fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis — —?' (sequuntur rhetorum et dialecticorum studia inania).

Cf. Munkius p. 87.

MEDICVS

Dolásti uxorem. — Núnc ea propter mé cupis
Concídere? — Etiam rhétorissas?

Nonius 166, 1 'rhetorissat. Pomponius Medico: dolasti' e. q. s.

1 dolasti EF^2H^1 dalasti φ chalasti *coni. inscr. Pomp.* 2021 *coni. Bue* *Distribui personas, ut respondeat noxius* 2 etiam *Bothius, qui alteri personae haec tribuit*

MVNDA

I

Ego íllam non ampléctar? ego non sáuiem?

Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s.

amplectare *Ba* sabiem (sabiaem *Ba*) ω suauiem *Junius*

II

Sí calendis ⟨dómi⟩ conuiuant, ídibus cenánt foris.

Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

domi *Duebnerus, om.* ω conuiuant *ed. pr.* conuiuantur ω

NVPTIAE

Farínam insipui cóncussi condépsui.

Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco tractum . . . Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

farinam *scripsi*: *cf. Cato de re r.* 76, *Pauli Festus p.* 105 '*insipere far*' patem L^1 partem φ far patenae *Bergkius* patellae *anon. ap. x* partem insipaui *Junius* insipui partem *Munkius*. *Vel primam versus syllabam vel* huc *ante* insipui *excidisse olim statuebam* concussi *scripsi* conclusi ω, *in quo merito offendit Bergkius* contrusi *Maehly* contusi *Hildebrandus ad Arnob.* V 29 condempsui *W*

PANNVCEATI

Nomen quid sibi velit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt fr. V et VI. Fr. IV uxor dotata (I) queri videtur, quod misericordia quadam commota indignum pecunia sua beaverit. Panniculos intellegit Dieterich Pulc. 146.

I

séd meus
Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' Apte comparatur Martialis VIII 12.

2 ui deiectum *Mercerus* in deiectum ω, *nisi quod* inde eiectum *Vrbin.* 307: *saltem* inde deiectum *corrigendum erat* illa d. *x* *Vnum versum* séd meus frater m. p. uídit me eiectúm d. *Bue proposuit* 3 uafrae *Junius* afrae ω

II

Sárculum hinc illó profectus íllim rediistí rutrum. 90

Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus).

profectu's *olim edidi*, *nec nunc repudio* illim H^2, *Gifanius* illum φ redisti ω, *corr. Bothius* *De correpta* u *in* rutrum *Lachmannus in Lucr.* 36

III

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét miser. —
'Euannetur ét mea socius ópera ut fiat fécero.

Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentiletur uel moueatur, a uannu,' ('uentilabitur uel mouebitur, a uanno' Lachmannus ad Lucil. 230) 'in qua legumina uentilantur.'

1 in *om.* H^1 in spica palea est *Lachmannus* infirma ualua est *Bue* in prima uolua est *x* miser *Bothius* misera *ω* sera *Bue* 2 socius *scripsi* ocius *ω* (*tueri videtur Leo Pl. F.* 241) otium *Lachmannus* occlusa *Bue* *An* fias? mea fecero opera ut fiat ocius *x*

IV

Quíd? dedi nebulóni, quem pertísumst ⟨esse⟩ paúperem

Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant' (obiciebant' x) 'aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.'

pertisumst esse *scripsi* pertesunt, *om.* esse, *ω* pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* pauperem *ψ* pauperum P^1?

V

paenulam ín caput

Indúce, ne te nóscat.

Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicam accipimus.'

1 incede *Ba* '*sed* ce *ut vix possit certo legi*' p. | in cáput induce *x*, *fort. melius*

VI

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatám truam

Nonius 19, 15 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt.'

conspexit *Bothius* aspexit *ω* iam aspexit *x* truam FH^1 trullam *φ*

VII

Néque interim cacándi causa úmquam incoxauí nate.

Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.'

Trochaei an iambi sint, ambiguum candida HPW cumquam, *quod adlitteratione commendatur, hiatus vitandi causa*

scribi velim (*cf. Muellerus prosod. Plaut.* 356 *sq.*) umquam ω umquam usquam *x* ego umquam *Onions* incoxamui EH^2 L^1PW nates *ms. Fabri* natem *praestaret*

VIII

Núnc roges quid fíat: restis uílis est, uelét gulam.

Nonius 416, 15 'uelare est coperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursum ligare.'

roges *scripsi* (*item Quicherat*) rogis ω rogas *Ald.* uilis est *Turnebus* bile est *B* bilest est H^1 biles est φ uilest, ea *coni. Leo Pl. F.* 259 gylam ω: *cf. Caper in CGL* VII 105 *K.*

PAPPVS AGRICOLA

Rus ex urbe inproviso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34.

I

Néscio quis molám quasi asinus úrget uxorém tuam,
Ita opertis oculís simitu mánducatur ác molit. 100

Nonius 477, 4 'manducatur pro manducat.' (agricolanus e scio H)

1 molam quasi asinus urget *A. Luchs Herm. VI* 269 ellam urget quasi asinus ω quasi molam urget asinus *olim coniecceram, quod si in H'i scriptura* nunc scio *latet, teneri potest* quasi asinus eccillam urget *non sufficere videtur* 2 ita *om.* H^1P simitu (*sed falsa mensura*) *Bothius* simul ω molit *Junius* molet ω *'Velata facie' et 'luminibus obtectis' etiam apud Apuleium metam. IX* 11 *asinus ad molendum circumagitur*

II

. . . . . dómus haec feruit flágiti.

Nonius 498, 4 'genetiuus positus pro ablatiuo uel aduerbium loci . . . Pomponius Pappo agricola: domus' e. q. s. Idem 503, 8 'feruit pro feruet . . . Pomponius Agricola: domus' e. q. s.

fuerit flagitii *P p.* 503 fuerit placiti (plauciti *C*) ω *p.* 498

III

Vólo scire ex te, cúr urbanas rés desubito déseris.

Nonius 517, 28 'desubito ..... Pomponius Pappo agricola: uolo' e. q. s.

deferes *P*

IV

Núnc quando uoluísti facere, fác uoluptatí sies Ibus.

Nonius 486, 19 'ibus pro his minus Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat . . . Pomponius Papo agricola: nunc' e. q. s.

1 noluisti *BaHL* uoluntati *C* sies Ibus *vel* sis ibus *Lachmannus in Lucr.* 262

PAPPVS PRAETERITVS

Populís uoluntas haéc enim et uulgó datast:
Refrágant primo, súffragabunt póst, scio.

Nonius 468, 7 'suffragantur.' ('suffragant pro suffragantur' recte Junius) 'Pomponius Mappo praeterito: populis' e. q. s. 'Sisenna . . . suffragauerunt.' (Pappo Bentinus Macco Rothius) Cf. Nov. Papp. praet.

1 uoluptas *Junius* enim *scripsi* est ω datast *scripsi* datas ω 2 refragant primo, subfragabunt post scio *Rothius* refragabant per suffragabunt post scio *Ba* refragabunt pro subfragabunt post scio (*nisi quod* post scio *om. C*) φ: *quae vulgo pro corrupto et manco lemmate habebantur.*

PARCI

Nón erat qui córpus tremulum fámula tutarét toga.

Nonius 476, 10 'tutant . . . Pomponius Partis: non' e. q. s. (Parcis Bothius Patruo Bentinus)

qui *scripsi* quid ω quod *Aldina*

PATRVVS

Mírum facies, fátue, si stud nímium mirabís diu.

Nonius 474, 25 'mirabis. Pomponius Patruo: mirum' e. q. s. (Pappo Junius)

facies fatue, mirum *x* si stud nimium *Lachmannus in Lucr.* 197 sistudium *ω* si istud studium *Vossius*. *An* si stud mirum?

PHILOSOPHIA

'Ergo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi, índica,
Quí illud aurum abstúlerit. — Non didici áriolari 110 grátiis.

Nonius 514, 23 'memore pro memoriter. Pomponius Philosophia: ergo' e. q. s. (phophia ms. Junii Philosopha Bothius Philosopho Gebhardus Philosophis Duentzerus) Priscianus p. 1014 P. 'Pomponius de philosophia: cum istaec memore meminit, pro memoriter.' Et nomen fabulae et versus commentatus est Mercerus.

1 mi Dorsenne *Mercerus* ni dossedne *ω* mihi Dossennum *Ed. Becker* (*cf. coroll.* LXXXI) istaec *Ba C Nonii et Prisc. ψ* istae *Bamb. Prisc.* istahaec *Non. φ* memorero *Ba Nonii* meminit *Prisciani ω* 2 quid *W* illum *P* ariolari H^2W^2 aiolari W^1 hariolari *φ* gratiis *Mercerus* gratis *ω*

PICTORES*

Cf. *Ζωγράφοι* Anaxandridis, *Ζωγράφος* Antiphanis Diphili al. Sed dubium est, an non forte Piscatores potius fuerint, praesertim cum ipsa codicum scriptura fr. II. VI et VII (Pistoribus) eo ducere videatur. Certe horum duorum exemplorum sedes ambigua est. Pistores commendat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 309.

I

Páppus hicin médicus habitat, sénica non sescúnciae?

Nonius 17, 20 'senica significat senex.'

hicin medicus *scripsi* (hic mendicus *olim*) hic in medio *EFHLP* hic medio *W* hic in aedi *Scaliger* senica *W* seneca *φ* sescunciae *Turnebus* sescuntiae $F^1H^1L^1$ sescuntia *φ*

II

Mágnus manducó camellus . . . canthérius

Nonius 17, 15 'manducones, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces.' (pistoribus W^1)

manducus ω *contra lemma* camellus *libri Turnebi* camillus φ camelus *Mercerus* *Inseri e. c.* calcitro *potest* canterius ω *Alii senarium tenuerunt, e. c.* magnús camelus manducus c. *Munkius* m. manducus, casmillus c. *Quicherat* m. manduco's, c. c. *x*

III

'Ipsus cum uno séruo senex intéstato proficíscitur.

Nonius 323, 27 'intestatus est, qui sine testamento perit. Intestatus est rursum, cuius uerbis fides non habetur.'

Iambi haud facile cuiquam praeter Muellerum prosod. Plaut. 143 *placebunt.* ipsius BGH^1P seneca *x* intestato *om. B*

IV

'Asside, si quá uentura est ália strena strénuae.

Nonius 17, 1 'strena dicta est a strenuitate.'

aliqua *conieci* strenuae *Passeratius* strenae ω strenue *Bentinus*

V

115 Quae túleram mecum mília decém uictoriáta,
In Graéca mercede ílico curáui ut occupárem.

Nonius 356, 7 'occupare, collocare.'

1 uictoriatum *Junius* 2 mercede ω, *suasore Bue restitui* merced *Bergkius symbol. I* 66 (*idem* merce id *probari posse arbitratus*) occuparet L^1

VI

Núммos certos dícas. — Dico quínquaginta mília.

Nonius 280, 18 'dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: nummos' e. q. s. (Pictoribus Mercerus Pistore : ibus *x*)

VII

Mírum ni haec Marsa ést, in colubras cállet canti-
únculam.

Nonius 482, 7 'sic et callet illam rem pro illa re. Pomponius Pictoribus: mirum' e. q. s. (Pistoribus W^1)

haec . . . *H* colubres *Ba* cantiunculam *Passeratius* canticulam *BaHLP* canticulum *W*

PISCATORES

I

Quíd habes in surpículis, calue? — 'Omne piscatí genus.

Nonius 488, 15 'piscati pro piscatus. Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s.

syrpiculis *ω* em (*vel* habeo) omne *Muellerus prosod. Plaut.* 592

II

Nescío quid: non est hóc merum, quod hic plórat 120

Nonius 344, 13 'merum, sincerum. Pomponius Piscatoribus: nescio' e. q. s.

Septenarium iambicum discripsi, qui transpositis hic quod *etiam leniri possit: nam haec quoque notatio* quod híc plorat . . . *durior est. Trochaeos tales*: néscio quid, sed non est hoc merum hic quod plorat . . . *olim feceram. Non placent sic discerpta*: merum, Quod hic plórat nescío quid] *cf. A. Luchs Herm. VI* 269. 271 *sq.* hic *del. x* parat *in senario Bue*

III

Quid hoc ést tumulti?

Nonius 484, 2 'tumulti pro tumultus . . . Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s. (Piscatoris W)

quid *C*, *Aldina* quod *φ* est hoc W^1

PISTOR

I

Décipit uicínos: quod moléndum conduxít, comest.

Nonius 81, 21 'comest pro comedit ... Pomponius Pistore: decipit' e. q. s.

conduxi *P*

II

Nám plus quaesti fácerem, quam quadrínas si haberém molas.

Nonius 483, 25 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus .. Pomponius Pistore: nam' e. q. s.

rinas, *suprascr.* quadri, *L* quadrina *Ba C* malos *H W*

III

⟨Flét⟩, fit desubito hílarus; tristis sáltat; ridens ríngitur.

Nonius 517, 29 'desubito .... Pomponius Pappo agricola [III] idem Pistore: fit' e. q. s.

flet (*quo* fit *mutari voluerat Junius*) *suppl. Bue; primam versus syllabam deesse ipse olim statueram Reliqua commode distinxit Bue* fit desubito tristis, hilarus saltat, ridens ringitur *Bergkius* fit d. idem hilarus tristis *e. q. s. x*

IV

125 . . nisi nunc áliquis subito óbuiam occurrít mihi,
Qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum

Nonius 146, 24 'oquiniscere est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo [I] idem Pistore: nisi' e. q. s.

1 pereo *praemittas: alii medium versum mutilum esse statuerunt. Muellerus prosod. Plaut.* 592 *hiatum in caesura* desubito *scribendo tolli vult. Medium versum, si mutilus sit, expleri inserto* properans *post* subito *monui in proecdosi.*
2 qua *Vrbin.* 307 in tutum in totum locum *E F H*^{1} *L*^{1}

PLACENTA

rústici

Edúnt libenter trístis atros íntubos.

Nonius 209, 4 'intiba generis neutri ... masculini Lucilius satirarum lib. V: intibu' praeterea pedibus prae-

tonsus equinis. Idem XXX: pulmentaria, ut intubus ... Pomponius in Placenta: rustici' e. q. s.

2 libenter pedibus tristis ω: *delevi* pedibus *dittographia ex Lucilii exemplo inlatum* l. pedibus tritos *Munkius in septenario troch.* (*cf. coroll.* LXXXI) adros F^1L acres *Aldina* intibos EF^sHW intribos F^1L

PORCETRA

Gellius XVIII 6 'ex eo libro' (Aelii Melissi de loquendi proprietate) 'uerba haec sunt: matrona est, quae semel peperit; quae saepius, mater familias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrofa ... de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem uocabulo inscripta est.' PORCETRAM, PORCARIAM, PORCVM unam eandemque fabulam habeo. De Porcaria cf. Ritschelius Parerg. I 141.

I

Sciúnt hoc omnes, quántum est qui cossím cacant.

Nonius 40, 29 'cossim dictum, quasi coxim. Pomponius Porcaria: hoc' e. q. s.

sciunt hoc *Guietus* hoc sciunt ω. *An* hoc scibunt?

II

Décedo cacátum: ⟨num qu⟩ae praéstu⟨st hic⟩ ueprécula? 130

Nonius 231, 13 'uepres ... feminini Pomponius Porto per hypocorisma: decedo' e. q. s. (Portitore Junius Porco Bothius)

decedo cacatum *om.* F^1L uepra est ueprecula ω, *explevi duce Bue, qui* ⟨num quae est hic⟩ praestu u. *proposuit conl. CGL* VII 157, 22 *K. et Lucr.* II 1068 a uepre est u. *ut grammatici nescio cuius adnotationem seclusit x* uipera est in ueprecula *Junius* (eccam in ista u. est u. *edideram*) uide prope est ueprecula *Scaligerum secutus Munkius*

PRAECO POSTERIOR

Cf. Ritschelius Parerg. I 134.

I

Séd me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

Nonius 17, 21 'senica significat senex. Pomponius Pictoribus [I] idem Praecone posteriore: sed' e. q. s.

sed me sed exercet *W*, *in quibus videri potest* sed med *latere*

II

Vís facere ut nouérca uetulum dérepente déserat?

Nonius 518, 16 'derepente . . . Pomponius Praecone posteriore: uis' e. q. s.

III

'Ad Veneris proféctust mane uétulus, uotum ut sólueret. 'Ibi nunc operatúr.

Nonius 523, 10 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare, uel conuiuari. Pomponius Praecone posteriore: ad' e. q. s. (posterior Bamb.)

1 profectu'st *Munkius* profectus est *Ba* profectum est *P* profectu est φ est profectus *numeris lenioribus iambicis olim edidi* 2 operatur *conieci ut Quicheratius* operatus est ω operatu'st *Munkius*

IV

135 cálue, adportas núntium
Nóbis disparém diuisum: huíc seni senium ét metum

Nonius 2, 27 'senium est taedium et odium dictum a senectute ..... Pomponius Praecone posteriore: calue' e. q. s.

2 diuersum *Quicheratius* *Hiatum facile est inserto* nam *tollere suppleto scil.* adfers *verbo*

V

'At te di omnes cúm consilio, cálue, mactassínt malo!

Nonius 342, 11 'mactare malo adficere significat . . . Pomponius Praecone posteriore: at' e. q. s.

VI

Sí sciam quid uelís, quasi serui cómici conmíctilis

Nonius 83, 2 'conmictilis. Pomponius Praecone posteriore: si' e. q. s.

sciscam *Quicheratius* uis *Bothius*

VII

Tergum uarium . . . . . linguám uafram

Nonius 19, 31 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum.'

tergum uarium, linguam uafram *continuavit Nonius mediis ut puto omissis, nisi forte in sonorum similitudine quadam ludens poeta* uaferam *distraxit.* linguamque uafram *anapaestis Bergkius* l. autem uafram *x*

VIII

'Age modo : stic gárri. particulónes producám tibi.

Nonius 20, 5 'particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant.'

garro H^1: *an* gerro? sta, Cai *Palmerius* particulones produc antibus uel producam tibi (*sic*) *Vrbin.* 307 particulones produc antibus φ produc particulones antibus *x*

IX

Quót laetitias ínsperatas módo mi inrepsere ín sinum!

Nonius 500, 26 'accusatiuus pro nominatiuo.'

quot *Junius* quod ω inspiratas *Ba* mihi ω quot laetitias insperatas modo mi inrupere in sinum, *omisso quod praecesserit subiecto, Ritschelius opusc.* IV 140; *nominativum pluralem Oscorum more positum censebant Bergkius in ephem. suis* 1851 *p.* 17 (*cf. symbol. I* 100 *sq.*) *et Huschkius monum. Osc. et Sabell. p.* 312; *nec ipse Ritschelius nov. excurs. Plaut. I* 117 *aspernatus est vetustas formas. Dialectum reddidisse poetam Atellanium opinatur Lindsay in gramm. lat.* 398, *quocum consentio. A transitivo verbo* inrepsere *accusativos pendere censuit Bue decl. lat.* 17, *idemque suspicatur Pottius in ephem. compar. ling. dicatis I* 321; *pro soloecismo habebat Bernhardy hist. litt. Rom. adn.* 334 *p.* 434

X

Ego dédita opera té, pater, solúm foras
Sedúxi, ut ne quis ésset testis tértius
Praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

Nonius 210, 24 'labeae rursum feminini ... Nouius Macco exule ... idem Praecone posteriore: ego' e. q. s. Errasse Nonium in referendo poetae nomine statuit Ritschelius Parerg. I 134, excidisse alia Pomponii exempla (ut v. 156. 158) coniecit x.

1 ego *Junius* ergo ω 2 testis: *obscenum subesse sensum suspicatur Bue mus. Rhen.* 18, 388. *Praeteriit hunc locum Skutschius de voce* testis *disputans in Bezzenbergeri Symb. ad linguas indogerm.* 23, 100 *sqq.* 3 tunderem L^1, *Junius* tonderem φ

PRAEFECTVS MORVM

I

ut sí quis est
Amíci amicus, gaúdet si cui quíd boni
Euénit, cuii amícus est germánitus.

Nonius 118, 14 'germanitus, fideliter, dictum a germanitate.'

2 amici (*vel ut solitum* amico) amicus *scripsi* amicus amici ω, *tuetur Leo Pl. F.* 235 amico amicus *Junius* amicus animo *Bue* si cui quid *Duebnerus* sicut quid *Ba M* sicui qui F^2H^1 sicut qui φ ut si qui est ... boni *septenarium olim dederam; possit etiam iambicus octonarius* ut sí quis est *e. q. s. fuisse* 3 *Post* éuenit *olim trium syllabarum lacunam statueram* cuii *scripsi ut Caecil.* 261 cui ω cuius *ed. a.* 1476 *An* sit? *Varia ausus est Leo p.* 115 *et* 235

II

.. pater adést. — Negato esse híc me. ego operibó caput.

Nonius 507, 31 'operibo pro operiam.'

adest *C*, *Bentinus* atest φ *Senarium* pater ádest *e. q. s. metitur Muellerus prosod. Plaut.* 86. *Septenarium licet* eccum *praemittendo explere.* páter adest. — ⟨At tú⟩ negato *Bue* páter adest. — Adest? negato *x*, *non male*

PROSTIBVLVM

I

Vt núllum ciuem pédicaui pér dolum,
Nisi ípsus orans últro qui oquinísceret.

Nonius 146, 22 'oquiniscere est proprie inclinari.'

1 at *Bothius* pedicaui ω: *cf. Bue mus. Rhen.* 18, 386
2 ipsius *W* ultroque EF^1H^1

II

Sí ualebit, púls in buccam bétet: sic dixín schema? 150

Nonius 224, 33 'schema feminino genere dici ueterum usurpat auctoritas . . . Pomponius Prostibulo: si' e. q. s.

ualebit plus ω ualebit puls, *Palmerius* betet *idem* uetet ω uertet *Fruterius* sic dixin? *scripsi* si dicin ω sic dicin' (*vel* dicam) *Bothius* siticinis *Onions* si u. pulsu, buccam pultet fidicinis s. *Bue* (*cf. ann. philoll.* 1872 *p.* 566 *et coroll.* LXXXI)

III

'Ego quod comedim quaéro, his quaerunt quód cacent:
contráriumst.

Nonius 84, 1 'comedim pro comedam .... Pomponius Prostibulo: ego' e. q. s.

ego quod comedim quaero *scripsi* ego quaero quod edim ω, *quibus servatis olim initio v.* nam *suppleri volebam, sed lemma* comedim *recte videtur restituisse Munkius, quamquam defendi posse librorum memoriam coroll.* LXXXI *sq. demonstravi* his (*i. e.* hi) *scripsi* (*cf. v.* 141) has ω hi si *Bue* heisce *x* quod *edd.*: *cf. Nov.* 6 quos ω contrarium est *Munkius* contrarius est ω

IV

'Ego rumorem párui facio, dúm sit rumen qui ímpleam.

Nonius 18, 15 'rumen dicitur locus in uentre, quo cibus sumitur et unde redditur; unde et ruminare dicitur.'

V

Cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent qui paném petent.

Nonius 18, 12 'centuriatim dictum est abundanter et copiose: a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant.'

petunt *Vrbin.* 307

VI

quaé peditibus núbere
Póterant, equites spérant spurcae.

Nonius 394, 15 'spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum . . . Pomponius Prostibulo: quae' e. q. s.

1 peditibus *ms. Casauboni* pedibus φ 2 non poterant (*vel* numquam nubere | póterant) x

VII

Quis híc est? quam obrem hic próstat? rictum et lábeas cum consídero —

Nonius 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere . . . item Pomponius Prostibulo: quis' e. q. s.

quís hic est *alii praeferant* hic *alterum suprascr. L*

VIII

Iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego in tùtó satis?
Núnqui hic restitát, qui nondum lábeas lirarít mihi?

Nonius 18, 1 'delirare est de recto decedere: lera' (lira BLMP) 'est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur, et in quam uligo terrae decurrit. Pomponius Prostibulo: iamne . . . . mihi? id est, confoderit.'

1 ego FH^1L ego sum EH^2PW *Vrbin.* 307 2 nunquis ω restitat *scripsi* resistit ω restat *Bothius* lerarit W^2

PYTHO GORGONIVS

Titulum iam Scaliger sat probabiliter explicavit: cf. Munkius p. 41.

'O hominem beátum, quo illae péruenibunt díuitiae!

Nonius 508, 4 'peruenibunt. Pomponius Pintone Gorgonio: hominem' e. q. s. (Pythone Scaliger Gorgone x Pythogorgo coni. Hertzius)

o *initio septen. troch. iam Bentleius, om.* ω quod *W, notabile* illae *edd.* ille ω diuitiae *in creticum contrahendum*

QVINQVATRVS

Vénit nos rogátum, quando nóstrae essent Seplásiae 160

Nonius 226, 18 'Seplasia feminini . . . Pomponius Quinquatribus: uenit, inquit, rogatum' e. q. s.

uenit nos rogatum *Bothius* uenit inquit rogatum nos ω sint *Bothius* seplasiae *E* seplesiae φ 'uenit' inquit, 'rogat nos quanto n. e. s.' (*h. e. merces unguentariae*) *Bue* uenit, inquit, nos r. *x* uénit, inquit, rogatum [nos] *Onions Vnguenta nimirum rogavit eos* (*vel eas*) *quorum totas Seplasias esse per iocum fingit; ac latere in illo* inquit *ipsum* unguenta *olim suspicatus sum, quamvis versus effici vix possit nisi transpositis audacius verbis*

RVSTICVS

Quid núnc uis fieri? — Vérrem sume dápsile ac dilúcide

Nonius 513, 26 'dapsile.'

hunc *BaC* huc *HLPW* uerre *Madvicus* sumen *Bue* *cf. Hor. sat.* II 7, 106

SARCVLARIA

Cf. Caecili Rastraria.

Altér amat potat pródigit, patrém suppilat sémper.

Nonius 13, 1 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur . . . Pomponius Sarcularia: alter' e. q. s.

alter amat potat *Gulielmius* alteram adportat (apportat FH^1L^2) ω

SATVRA

I

Cuiusuís leporis Líber diademám dedit.

Priscianus p. 679 P. 'Pomponius in Satura: cuiusuis . . . dedit, pro diadema.' (Pompinius Reg. Pompinius Halb. Erl. a)

II

Blánda fallax superba ínpotens
165 Discórdis

Priscianus p. 726 P. 'discors discordis ... antiquissimi tamen solebant genetiuo similem proferre in his nominatiuum. Caecilius ... Pomponius in Satura: blanda' e. q. s.

1 *Creticos cum baccheis vel iambis constitui Septenarium* blánda fallax ínpotens supérba discordís mala *Bue commendat*

III

Non frústilatim néc minutatím dari

Nonius 112, 9 'frustatim et frustilatim, per frusta, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto [I] Saturarum: non' e. q. s. (Lucilius Saturarum Junius Ennius Sat. Planckius Pomponio ascripsi. idem in antecedenti prandium (v. 177) haustum videri monui in coroll. LXXXII.

In saturarum *scriptura tituli vide an praeter* satura *lateat textus vocabulum, e. c.* cibum, *quod in antecedentis senarii fine positum fuisse potest* minutim EH^2L^1PW

SPONSA PAPPI

Pól magis curabo, úbi cognorint, ómnes una adséntiant.

Nonius 275, 24 'cognoscere est audire, aestimare ... Pomponius Pansa Pappi: pol' e. q. s. Idem 469, 20 'adsensit est et passiuum' ('pro adsensus est, et actiuum positum pro passiuo' x) ... Pomponius Sponsa Pappi: pol' e. q. s. (pansa pappipole Gen. p. 275 Papi W p. 469)

magi *C p.* 469, *bene* e magis *ω p.* 275 curabo *om. ω p.* 469 ut ubi *Duebnerus, Lachmannus in Lucr.* 362, *qui* ut *omitti posse exemplis satis probavit. In iamb. octon. hiatum etiam* cubi *tollat adlitteratione acceptum* cognorit *ω p.* 469 *nisi quod* cognoris *P* omnis *ω p.* 275

SYNEPHEBI

167[1] incolume illo

Charisius p. 108 P. 'incolume Cicero ... quo stante et incolume. Pomponius quoque in Synephebis: incolume illo.' Cf. Ritschelius Parerg. I 133.

SYRI

Vel servorum genus vilissimum vel scopas intellegi posse monuit Munkius collato Nonio p. 46, 4: 'syrus a Graeco magis tractum est ἀπὸ τοῦ σύρειν. has nos scopas, rustici eo nomine syrus' (sc. σύρους) 'uocant. Varro Marcipore' fr. 271 B. Syros duos expilaturos triclinium introduxit Petronius sat. 22.

I

⟨'Is⟩ quidem apud forúm praesente téstibus mihi
uéndidit.

Nonius 154, 16 'praesente, coram uel praesentibus. Pomponius Syris: quidem' e. q. s.

is *Bue, om. ω, haustum titulo* quidam *Junius* apúd forum *semel in Plauti Epid.* 422, *sed cf. Leo Pl. F.* 227

II

Lápatium nullum útebatur, lárdum lurchabát lubens.

Nonius 11, 3 'lurcones (lurchones Ba^2) dicti sunt a lurchando: lurchare est cum auiditate cibum sumere ... Pomponius Syris: lapatium' e. q. s. Omissus hic locus in Bamb.

nullus *Fruterius* ute *P* lurchabar H^1

VACCA vel MARSVPPIVM

Cf. Ritschelius Parerg. I 156. 168.

. . simul intró ueni, accessi ád patrem, prendí manum:
'In terram, ut cubábat, nudam ád eum ut conquexi,
ínterim
Múlieres conspíciunt.

Priscianus p. 885 P. 'teste Capro conquinisco conquexi. est autem conquinisco caput inclino. Pomponius in Vacca uel Marsuppio ait: simul' e. q. s. (baccha Bamb., quod non repudiavit Hertzius. bacca Lips. 1)

1 *sqq. numeros perspexit Scaliger* 1 simul in utroquo ueni *Sang.* *Vide num integri versus tale fere fuerit initium*: símul intro quom uéni, ibi accessi *e. q. s.* *An* manu? 2 terra *Carolir.* nuda *Bamb. Halb. Sang. Grut. Carolir.* *Hiatus*

medela varia et dubia est: ad éum ubi *vel* me *ante* interim *inserendum proposuit Muellerus prosod. Plaut.* 592; *ipse* dum *post* nudam *inseri atque* ut *deleri suasi*

VERNIONES

Vernniones a verna appellati, ut vernulae (cf. coroll. LXXXII) legiturque Vernio nomen et alibi et in CIL II n. 2361. Conieceram Vespillones, Hertzius Herniones.

I

a perîbo, non possúm pati:
Pórcus est, quem amáre coepi, pínguis, non pulchér puer.

Nonius 506, 30 'aperibo pro aperiam. Pomponius Vernionibus: aperibo' e. q. s. (Vermionibus Ba H^1 Par. m. pr. hermionibus corr. idem) Fallitur grammaticus.

1 a peribo *Fleckeisenus annall. philoll.* 1861 *p.* 142 aperibo *Nonius* possum ciuem pati *ed.* 1476 2 poreus *Scaliger* orcus ψ, *quod olim probabam.* or sus *P* ortus *C* hortus *Munkius*

II

Séd qui utrosque errór uos agitat, éxpedibo . . .

Nonius 505, 21 'expedibo pro expediam . . . Pomponius Vernionibus: sed' e. q. s. Cf. Ed. Becker stud. I 312.

se H^2W utrosque *vir doctus in margine Junii* utroque ω, *'in utramque partem' interpr. Bue* atque eloquar *habes in fine Enniani v. trag.* 135 *qui statim sequitur*

VERRES AEGROTVS

I

Vérum illi ualént, qui ⟨ui⟩ luctántur cum leónibus:
Eís tete obiectés frustatim pásserinum prándium?

Nonius 112, 4 'frustatim et frustilatim, per frusta, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto: uerum' e. q. s. Cf. coroll. LXXXII. Passerinum prandium tangit Bue mus. Rhen. 35, 394.

1 uadent *F* ualeant *x* *An* ualentne? ui *inserui* nunc *mavult Bue* 2 eis tete *scripsi* ei te F^2H^1 et te φ eis ted *Bothius* obiectas F^1 frustulatim *Onions*

II

Iám istam caluam cónminuissem cólafis testatím tibi.

Nonius 178, 25 'testatim.'

caluam EF^3H^1, *om.* φ colafis conminuissem ω, *quae transposui*

VERRES SALVOS

VERRES SALVOS titulum restitui.

nolo párciter. —

Támquam frater míhi sis, medium abdómen tecum 180
díuidam.

Nonius 515, 5 'parciter pro parce. Pomponius Verres albeolo parciter' e. q. s. uarres alueolo L^1 uerre (uere BaC) salbeolo ψ salue! te uolo x saluo : nolo correxi.

2 abdomen tecum *Bothius* abdomericum *Ba* abdomen (abdomei *C* abdomum *P*) cum φ

Etiam ATREVM non tragico (p. 267), sed Atellanarum poetae adscribi vult A. Dieterich Pulcinella p. 103.

EX INCERTIS FABVLIS

I

. . poema plácuit populatim ómnibus.

Nonius 150, 19 'populatim, per populos. Pomponius magnius poema p. p. o.' (magus Vrbin. 307 Maccis geminis Junius Macco: cuius Maehly Maccis: cuius Bue An Maccus poema in textu?)

magnus poeta *ante Junium* cuius poema *Maehly* huius p. *x* Maccis poeta (*i. e. Plautus*) *Bergkius*

III

. . quo pacto cáream tam pulchrá penu? 183

Cledonius CGL V 40 K. 'haec penus. Pomponius: quo pacto' e. q. s. Charisius p. 113 P. 'p[enu Pomponius] .....

e careo tam pulchra penu.' Supplementa Keilii sunt. Cf. Dotalis.

careo *Charisii cod.* peno *Cledonii cod.*

V

negas

186 Núptam quaquam

Charisius p. 192 P. 'quaquam Sallustius: tametsi haud quaquam par gloria sequitur . . . Pomponius quoque in * negas nuptam quaquam.' (Conieceram in ergastulo: nuptam aut vero: in . . . negas n. q. hoc praetulit Keilius.)

quamquā *cod.*

VI

187/8 Cum ínterim neque mális molui néque palatis pínsui.

Diomedes p. 370 P. 'pinso . . . pinsui, ut est apud Pomponium: cum' e. q. s. Priscianus p. 902 P. 'pinso pinsui facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii comprobat: neque malis' e. q. s.

Septenarium senariis cum i. Neque *praetuli* molis *ω, nisi quod* moles *Grut. Sang. Carolir. m. pr. Prisciani* moliui *Diomedis Pariss. A B Monac.* palatis *Diomedis codd.*, *ψ Prisciani* palatis, atis *in ras.* 6 *litterarum*, *Prisc. Reg.* palmis *edd. Diomedis* pilatim *Bothius* pistillis *Munkius*

VII

ínterim

190 Dúm contemplor órcam . . . taxillos pérdidi.

Priscianus p. 615 P. 'talus taxillus. Pomponius: interim' e. q. s. thes. in Mai auct. cl. VIII 584 'taxillus . . Pompinius: dum' e. q. s.

2 orcam] pugnam *thesaur.*, *corruptum ni f. ex glossemate* pyrgum dum orcam contemplor tax! taxillos p. *Bothius. Ego lacunam quam notavi his expleverim*: illorum, meos ínterim dum contemplo o. cum taxillis p. *Bue Cf. coroll.* LXXXII *sq.*

VIII

Nísi nos pauci rétineamus glóriam antiquam 'Atticam.

Cicero ad fam. VII 31 'uides enim exaruisse iam ueterem

urbanitatem, ut Pomponius noster suo iure possit dicere: nisi' e. q. s.

IX?

Quídam adeo in latebrás fugerunt, út putent in túrbido
'Esse quidquid ést in luce.

Seneca epist. 3, 6 'itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo mandabitur: quidam' e. q. s.

1 fugerunt *Bern.* effungerunt *Erl.* transfugiunt *Vatic.* $\alpha\gamma$ *Palat. Alex. Ottob.* refugerunt *boni omnes* refugere *Haasius* turpi loco *Erl.* 2 in luce est ω, *transposui cum Haasio* *Non Atellanici poetae dictum, sed ex philosophi velut Pomponi Secundi ad Thraseam libro depromptam sententiam prosaicam esse nunc* (*cf.* coroll. LXXXIII) *sibi persuasit Bue*

XI

dicteria

Macrobius Sat. II 1, 14 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.' (neuius Bamb.)

XII

murcidus 195

Augustinus de civ. dei IV 16 'deam Murciam, quae praeter modum non moueret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum.'

NOVIVS

AGRICOLA

Neque *Ἀγροικος* vel *Ἀγροικοι* neque *Γεωργοί* Graecorum huc pertinent.

I

Edepól, paternam quí comest pecúniam

Nonius 81, 24 'comest pro comedit . . . Nouius Fullonibus feriatis [I] idem Agricola: edepol' e. q. s.

II

Quíd ita? quia enim répuerascis, fúgitas personás, pater.

Nonius 165, 25 'repuerascere, in puerum redire.'

quid *Vrbin.* 308, *Aldus* quod ω *Post* ita *fortasse alter respondit* fugitas F^1 fugit has φ personis F^1

III

3/4 Licétne, leno, dúo uerbis? — Etiám? primo et postrémo

Nonius 500, 28 'nominatiuus pro datiuo. Nonius Agricola: lecnete ... postremo idem Plautus' e. q. s. idem fortasse alteri Novii exemplo quod interciderit a grammatico praemissum esse conieci coroll. LXXXIII.

licetne, leno *scripsi* lectene H^1 lecnete φ, *nisi quod* lenete *ms. Fabri* licetne *Bothius* leno te *Munkius* duobus uerbis *Bothius* duo uerba *scripseram*: *ceterum cf. coroll.* LXXXIII etiam *utrum interroget an adnuat dubium* et postremo *om. Ba* idem, *si Novii est*, idem ero (*scil. surdus*) *fort. supplendum.* fidem *cum Bothio olim scripsi* quidem *Kochius* léno, te duo uerbis. — Etiam? — Primo et postremo: fidem *Buemus. Rhen.* 29, 195

ANDROMACHA

4ª Quod tú, mi gnate, quaéso ut in pectús tuum

4ᵇ Demíttas tamquam in físcinam uindémitor.

Servius Dan. in Verg. ge. I 266 'fiscina genus est uasis ....' Naevius Commelinus

2 in fiscinam uindemitor *Bothius* uindemiator in fiscinam *Servius*

ASINVS*

5 'Age nunc, quando rhétoricasti ⟨sátis⟩, responde quód rogo.

Nonius 476, 3 'rhetoricasti' (om. ω, add. Junius) 'Nouius Asinio: age' e. q. s. (Nouius ... quando om. Harl. asimio Par. P Asino Junius)

satis *addidi*, *om.* ω rogo *scripsi* te rogo ω respondeto quod rogo *Bothius*

BVCCVLVS

Quód editis, nihil ést: si uultis quód cacetis, cópia est.

Nonius 507, 5 'edim pro edam ... Nouius Bucculo: quod' e. q. s. (neuius Vrbin. 307 bacculo W bucculo BaH²L buccolo H¹ buculo P Buculo sive Bucula Duentzerus Bucculum interpreteris Bucconem parvum. In proecdosi Bubulcus titulum posui; praeterea varia conieci: in coroll. LXXXIII Baucalo)

editis *Bentinus* edisti ω si *om. Ba*

BVBVLCVS CERDO

Cum ád lupam nostrám tam multi crébro conmetánt lupi

Nonius 89, 30 'conmetare, conmeare. Nouius Bubulco Cerdone: cum' e. q. s.

lopam *EH²L¹PW*

DAPATICI?

I

prímum quod dicébo,
Recté, secundum quód dicebo, est mélius . . . .

Nonius 507, 1 'dicebo pro dicam. Nouius Depaticis: primum' e. q. s. (Pathicis Bentinus Hepaticis vel Depactis Bothius)

1 quo *BaL¹* 2 quo *Ba* est *Gerlachius* et *W* eo φ

II

Tíbi, cum uiuebó, fidelis éro 10

Nonius 509, 2 'uiuebo' (sic H² uidebo φ) 'Nouius Dapaticis: tibi' e. q. s.

dum *malim* uiuebo *H²*, *Lipsius* uidero (uideis *teste Onions*) *Ba* uidebo φ fidebo *Bentinus*

DECVMA

DECVMA an DECVMAE? Decuma unice probat Bergkius annall. philoll. 1870 p. 844, sed vide Naevii Col. I.

I

Si ignótis inpertíbis, fient fácilius.

Nonius 37, 23 'inpertire est participare et partem dare ... Nouius Decuma: si' e. q. s.

impertibis *Mercerus* inpertibus *ω* fient *scripsi* flent *ω*, *nisi quod* flen *P* flant F^1 flebit *Scaliger* flebunt *Quicheratius*

II

Me nón uocabit; ób eam rem hanc fecí falam.

Nonius 109, 19 'fallam pro fallaciam. Nouius Decumis: me' e. q. s. (falaricam x Decuma : is Onions) Ineptit Nonius; cf. Leo Herm. 18, 569.

uocabis P^1 uocauit *Junius* falam *Bothius* fallam *Nonius*

III

Iam égo illi subiens súblabrabo ésui illud sínciput.

Nonius 170, 9 'sublabrare, cibum intra labra mittere. Nouius Decuma: iam' e. q. s. Immo 'labris surripere' intellego.

esui illud *ω* morsui (*h. e. ipsis dentibus et labris*) illud *conicio* bene suillum *Bue* uescus illud *x*

IV

quód profanauí modo,
Sí tris mensae sínt in aede, ut páriter ⟨eis⟩ dispértiam.

Nonius 374, 31 'pariter, ex aequo. Nouius Decuma: quod' e. q. s.

1 quod, *scil.* epulum profanaui *Bothius* profanari *ω* *De* profanare *verbi notione cf. Varro de l. l. VI* 54, *Festus s. v.* Potitium p. 237 *M.*, *Macrobius Sat. III* 6, 11 2 mensae sint in aede *scripsi* mense simine de *G* menses im in ede *φ*, *nisi quod* menssesim *H* menses sim in aede *edd.* si sim tres

menses in aede *Bothius* si tris menses absim, in aede *Bergkius* pariter ut *Bothius* dispertiant *Bergkius*

DOTATA

I

'Artiuit linguam ín palatum, coépit labia súgere.

Nonius 505, 29 'artiuit pro artauit.'

surgere *CP* suggere H^1

II

. . meam penúm componam sátius est. 16[1]

Nonius 219, 30 'penus generis feminini. Lucilius . . . masculini . . . Nouius Dofacta: meam' e. q. s. defacta F^1 Dotata Palmerius ceterum audacius h. l. grassatus.

meam penum L^1W^1 meam poenum (in poenum *m.* 1) *H* mea in (im W^2) penum EFL^2W^2 meam in penum *Ald.* farta in meam p. (*vide supra*) *Bue*

DVO DOSSENNI

Séquimini; ⟨i tu⟩ praé, mi nate; séquere, temetí timor!

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — — Nouius in Duobus Dossenis: sequimini' e. q. s.

i prae *Scaliger* pre *cod.*

ECVLEVS

. . oleas caépe ficos . . . . . .

Priscianus p. 681 P. 'hae cepae harum ceparum. Quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur . . . frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Apella [I] Nouius in Eculeo: oleas c. f. (Neuius, e corr. in o, Vat. Neuius Amien. Reg. Bamb. Vind. Halb. Barb. aeculeo Reg., om. Vind. aculeo Barb.)

olea[s] *Reg.* caepe *Reg. Bamb.* coepe *Grut.* cepe φ ficos *Amien. Sang. Vat. Grut. Carolir.* ficus φ

EXODIVM

I

Patí dum poterunt, ántequam pugaé pilant.

Nonius 39, 28 'pilare dictum est ut plumare, pilis uestiri . . . Nouius Exodio: pati' e. q. s.

potuerunt H^1

II

Púerum mulierí praestare noénu scis, quantó siet
Mélior cuius uox gállulascit, cuíus iam ramus róborascit?

Nonius 116, 25 'gallulare, pubescere.'

1 noenu scis *scripsi.* nemo scit (sit P^1) ω nemo nescit *Bothius* nempe scit *x* quanto siet Melior *Bothius* quanto melior sit ω *Octonarios vel dimetrorum periodum* púerum m. p. | némo nescit, quanto melior | sít cuius u. g. | cuíus i. r. r. *commendat Bue*

III

Hí molis non lúdunt raptim, píla datatim † morso

Nonius 96, 20 'datatim, id est inuicem dando .... Nouius Exodio: in' e. q. s.

hi *scripsi* in ω scholis *vel* choris *Lipsius* morso *quid faciam nescio* *Vno versu* ín molis non lúdunt raptim, píla datatim móris est *Bue*

IV

Múltum ames, paulúm des, crebro uénias, rarentér ⟨feras.⟩

Nonius 515, 25 'rarenter... Nouius Exodio: multum' e. q. s.

describo *P* uenies *Colb.* rarenter *om. P* feras *Bue*, *om.* ω petas *x*

V

Quándo ad ludos uénit, alii cúm tacent, totúm diem
'Argutatur quási cicada.

Nonius 245, 28 'argutari dicitur loquacium' ('loquacius' H^2) 'proloqui ... Nouius Exodio: quando' e. q. s. (Neuius

B M) Cf. Theophrasti char. 7: *κωλῦσαι . . συνθεωρῶν θεάσασθαι.*

1 alii *om.* H^1 taceant *B M*

FICITOR

'Omnes capiunt fícitatem, mérs est sine moléstia.

Nonius 109, 22 'ficitatem dictum ut oliuitatem, id est fructus fici. Nouius ficitores omnes' e. q. s. (Ficitore: si omnes Munkius)

cupiunt *in proecdosi dederam* captant *x An* sapiunt? mers *formam veram esse probavit Ritschelius opusc. II* 656 *sq.* merx *Junius*

FVLLONES

Cf. Tertullianus de pallio 4 'pugil Cleomachus post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra, inter fullones iam Nouianos coronandus.'

. . . . . testas pátinas pistillós mihi
Cántant

Nonius 221, 3 'pistillus masculino Nouius Mania medica [II] idem Fullonibus: testis' e. q. s. (pestillus F^1L pastillus x)

1 testas *Bothius* testis *ω, tuetur Bue* pestinas F^1L pastillos *x* 2 cantent *EF*H^1

FVLLONES FERIATI

I

Vortít se in omnis béstias, comest quídquid tetigit 30/1
tántum.

Nonius 81, 24 'comest pro comedit . . . . Nouius Fullonibus feriatis: uortit' e. q. s.

quod tetigit totum *coni. Bue*

II

Nihil ést pericli: dábo tibi ualidúm uirum,
Animósum.

Nonius 233, 18 'anima iterum significat iracundiam uel furorem, unde et animosi dicuntur iracundi .... Nouius Fullonibus fereatis: nihil' e. q. s.

1 *sq.* uerum ualidum uerum *ω* (uirum *bis Aldina*) *quae hac distributione servaveris*: ualidúm uirum. — Verum ánimosum? ualidum uirum, Virum animosum *Bothius* ualidum u., acrem, animosum *x*

FVLLONICVM

Fvllonicvm (Fullonium? cf. CGl. II 263 G. *γναφεῖον* fullonium).

Non múlto post sonárium accepit, ábsdedit.
Conséquitur paenulárium, cilotrúm petit.

Nonius 148, 31 'paenularium, quasi theca et uagina paenulae. Nouius Filonico: non' e. q. s. (Fullonico Vrbin. 307 Philonico post Junium tuetur Mercerus. Fullonia x. Cf. Laberii Fullo II)

1 sonarium, *h. e. ζωνάριον*, *scripsi* sonarum *ω* zonarium *iam Scaliger* absdedit *scripsi* absedet *quod Stowasser 'obscura verba' illuminans p.* 6 *sq.* absidet, *scil. tristis est*, *interpretatur* abscidit *Munkius* 2 paenularium *item correpta* a, *quasi Graecum deminutivum sit*, *formatum* cilotrum *ω*, *i. e. χιλωτῆρα* (mulioniam paenulam *Cicero pro Sestio* 38, 82 *commemorat: omnino mulionis apparatus describi videtur*, *cf. coroll.* LXXXIV) psilothrum *H mg.*, *ed.* 1476

FVNVS

. . . . ágite exigite, témulentum tóllite!

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — — Nouius in duobus Dossennis — idem in Funere: agite' e. q. s.

exigite *Vatic. R* exite *ceteri testes* temulentam *Vat. S*

GALLINARIA

I

'Operaeque actor cántor cursor . . senium sónticum!

Nonius 2, 20 'senium ipsum positum sic ... Nouius Gallinaria: operaeque' e. q. s.

opere que Ba^2FH^1 opere quae Ba^1EH^2LPW operuereque *vel* oprepsereque *Bue* actor, auctor (auctor W^1) *Onions* operae coactor *Lipsius* o operae coactor *Munkius* *De* actore *cf. Marquardti antiq. Rom. V* 1, 137 *Suppleri varia possunt: e. g.* tonsor unctor structor carptor: *nam de servorum multitudine queritur aliquis*

II

'O pestifera pórtentifica trúx tolutiloquéntia!

Nonius 4, 3 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter ... Nouius Gallinaria: o' e. q. s. 'id est, uolubilis locutio.'

portentifica (*s.* portentifera) *scripsi* pontica fera $EHLPW^2$ ponti**ca fera F^1W^1 ponticum fera φ Pontica, Afra *Bothius* sontica fera *Gulielmius* Ponticum (*i. e* Ponticorum, *phasianorum scil.*) *ut Mithridatici belli aetati proprium oblitterandum non esse arbitratur Bue*

III

Mácto te his uerbénis, macta tú illanc infortúnio.

Nonius 342, 9 'mactare malo adficere significat ... Nouius Gallinaria: macto' e. q. s.

macto te] macte *W* his *Bothius* hisce (isce LW) ω uerbenis BGH^1 uerg L uirgt H^2W uirgilius P uergulis *Mercerus* uirgis uerbenaceis *coni. Quicheratius* illanc *Bothius* illam ω infortuito L

GEMINI

'O domus paráta pulchrae fámiliae festíuiter! 40

Nonius 510, 13 'festiuiter pro festiue. Nouius Geminis: o' e. q. s.

pulchre ψ familia $BaCHLW$ pulchre a familia *Quicheratius*

HERCVLES COACTOR

Auctionum coactorem intellexit Mommsenus comm. acad. Berol. 1864 p. 86, decumae suae ego interpretatus sum, reducem sibi fingit A. Dieterich Pulcinella p. 104. 108. 192.

tristimóniam 40^1

Ex ánimo deturbáuit et uecórdiam.

Festus p. 372 M. 'uecors est turbati ac mali cordis. Pacuuius — — et Nouius in Hercule coactore: tristimoniam' e. q. s. Herculem coactorem Mommsenus in comm. acad. Berolin. 1864 p. 86 interpretatur 'lucrorum ita potentem, ut ipse auctionem faciat et bonis diuenditis summas redigat.'

2 deturbauit *Bergkius* deturbat *cod., seruandum in septen. troch. integro censet Bue, epularem intellegens hilaritatem*

HETAERA

41 Gnátus artiuít ⟨suae⟩ matri intérfeminia fórtiter.

Nonius 505, 31 'artiuit pro artauit. Nouius Dotata . . . idem Hetaera: conatus artiuit' e. q. s. (ethera W ethra Ba aethra HL Hetaera Bentinus)

gnatus *scripsi* conatus *ω* cum natus *Palmerius* cognatus *ed. Ven.* quóm natust *Muellerus prosod. Plaut.* 592 *sq.: melius* ártiuit cum natust *scriberes* interfeminia *Palmerius* inter femina (feminas *C*) *ω*

LIGNARIA

I

Signáre oportet fróntem calida fórcipe.

Priscianus p. 657 P. 'forceps, auceps: quae tamen ueteres etiam feminino genere protulerunt . . . Nouius in Lignaria: signare' e. q. s. (Nouius Reg. Neuius Grut. Barb. lignario Erl. b signaria Lips. b, unde Signario Krehlius Liciniaria Spengelius)

II

Quía supellex múlta, quae non útitur, emitúr tamen.

Gellius XV 13 'Nouius in Lignaria uerbum, quod est utitur, ex contraria parte dicit: quia' e. q. s. 'id est, quae usui non est.' (ligat archa iam in lignariā Lugd. ligat archiam in lignariam Paris. Liciniaria in mg. Magl. ligatarca Dan. Magl. ligatarcha Petav. ligot tarca Voss. Legataria coni. olim M. Hertzius) Etiam in cod. Cusano p. 118 K. extant, sed nullo addito nomine.

MACCVS

I

Scálpes dentes dérepente, in scaéna si peccáueris.

Nonius 518, 14 'derepente ... Nouius Maccho: scalpis' e. q. s.

scalpes *Bothius* scalpis *ω* derepente *utrum ad sequentia an ad priora pertineat ambiguum* scena *ω* cena *ed. a.* 1471, *fort. recte* *An* peccauerit?

II

pecúnia

Quíd? bonum breue ést, respondi, Sárdiniense cáseum.

Nonius 200, 9 'caseus neutri Nouius Maccho: pecunia' e. q. s.

2 quid bonum quid bonum respondi F^1L Sardiniense *Onions* sardis ueniense EF^3HL sardis ueniens F^2H^2W sardi ueni F^1 e Sardis ueniens *Munkius*

MACCVS COPO

Actútum scibis, cum ín neruo nictábere.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — — Nouius in Maccho copone: actutum' e. q. s.

scibis *Scaliger* scrib *cod.* scribes *Vrsinus* nictabere *vulgo* nectabere *cod.*

MACCVS EXVL

I

Em: díxin itúrum hominem in Túscos tolútim?

Nonius 4, 9 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter ... Nouius Gallinaria [II] idem Macco exule: edixi' e. q. s.

em dixin *scripsi* ē dixi *HW* est dixi *BaL* edixin *Bothius*, *qui baccheos agnovit: pro septenarii iamb. frusto alii habent*

II

Límen superum, quód mei misero saépe confregít caput,
'Inferum autem, dígitos omnis úbi ego diffregí meos.

Nonius 336, 13 'limen non solum, quod sub pedibus est, dicitur, sed etiam quod superius est ingressu. Nouius Macco exule: limen' e. q. s. Vale dicit proficiscens.

1 mei ω, *quam dativi formam Lachmannus in Lucr.* 246 *tuetur* mihi *Aldina* miser *G* misae *B* 2 digitos omnis ubi ego *Bothius* ubi ego omnis digitos ω, *quem ordinem servans* saepe *post* digitos *inserit Quicheratius* (*alii alia*) diffregi *x* defregi ω

III

Vérberato pópulus homini lábeas pugnis caédere

Nonius 210, 25 'labeae rursum feminini . . . Nouius Macho exule: uerberatio' e. q. s.

uerberato *Bentinus* uerberatio ω

IV

Cúr istuc uadimónio assum? — Véstimentum uésceris

Nonius 416, 2 'uesci etiam significat uti . . . Nouius Macco exule: cur istuc' e. q. s.

cur istuc GH^1L^1P curis istuc φ uadimonio (*P?*) *scripsi* uadimonia ω: *an* uadimonium? assum *scripsi* sum GH^1L^1 suum φ uadimoniorum uestimentum (*sc. togam*) *Bue: an forte* uadimoniosum u.?

MALIVOLI

I

Si pércontassem, hoc praéterisset mé malum.

Nonius 474, 4 'perconta. Nouius Maleuolis: si' e. q. s. (Maliuolis Ba)

nisi *Passeratius, fortasse recte* hoc praeterisset me malum *scripsi* (*fort. interrogat*) malum hoc me praeterisset ω. *Septenariorum iambicorum frusta* si p. Malum *e. q. s. olim constitueram, trochaici sex pedes numerat x*

II

. . . . . unde hóc tam repénte
Iucúndum indaudíui melúm? . . . .

Nonius 126, 21 'inaudire, audire ... Nouius Maliuolo: unde' e. q. s.

2 indaudiui *scripsi* inaudiui ω únde hoc tam r. tam iucundum i. m. *Bothius* unde h. t. repente Iucúndum i. m. *iambice Munkius*

MANIA MEDICA

Mania (an Mima?) Medica.

I

Té uolumus donó donare púlchro praesente ómnibus.

Nonius 154, 22 'praesente, coram uel praesentibus .... Nouius Mania medica: te' e. q. s.

dona H^1

II

lacrimaé cadent,
Calét pistillus.

Nonius 221, 1 'pistillus masculino. Nouius minia medica: lacrimae' e. q. s. (cf. Fullones. nouris F^1L nominia W^1 mima medicas Vrbin. 308 Mania Junius)

1 cadunt *W* calent *x* cadet pastillus *ms. Cuiacii, probat x*

MILITES POMETINENSES

I

Válgus uentriósus, genibus mágnis, talis túrgidis

Nonius 25, 11 'ualgum est proprie intortum. Nouius Militibus Pometinensibus: ualgus' e. q. s.

uentriosus *Bue conl. Plauti merc.* 639 ueternosus ω ueterinosus *Bothius*

II

'Instat mercatúram: spero rém faciet: frugi ést homo.

Nonius 212, 30 'mercatura feminini . . . Nouius in Militibus Pometinensibus: instant' e. q. s.

instat *Par. Q, Scaliger* instant ω ista mercatura x spero rem EF^3H^1 perorem L^1 periorem H^2L^2 peiorem F^1W

III

Tú pueri pausílli simile es, quía enim ad os fers quíc-
quid nanctu's.

Nonius 224, 28 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum Titinius Fullonibus [XIII] Naeuius Gymnastico [VIII] Nouius in Militibus Pometinensibus: tu' e. q. s.

simile est ω: *cf. Leo Pl. F.* 258 simile es *Bentinus* simili's *Ritschelius opusc. II* 616, *sed idem* simil es, *quod posueram, probabat p.* 617 nanctu's *scripsi* nanctus est L^1 noctus est F^1 natus est W nactus est φ nactus es *ed.* 1526 nactu's *Munkius*

MORTIS ET VITAE IVDICIVM

Ita uóbis otiósus sum, ut mi algébo et mi esuríbo.

Nonius 479, 7 'esuribo pro esuriam . . . Nouius Mortis et uitae iudicio: ita' e. q. s.

ut *Palat., om.* φ mihi (*bis*) ω et ψ ut *Palat.* esuribo *Palat.* seruibo φ

OPTIO

64/5 Quí me miserum míseriorem réddidit quam pánus
puerum.

Nonius 149, 27 'panus ..... tumor quoque inguinum ex formae similitudine sic uocatur . . . Nouius Optione: qui' e. q. s. 'quod pueri aegrius patiantur hoc genus morbi.'

Octonaríum agnovit Bue: senariorum frusta olim dederam, e quibus priorem vel qui mé miserulum *vel* qui quídem me miserum *scribendo suppleri posse statuebam* me *om.* F^1

PACILIVS*

Vt sóle orescit, cérae castra crébro catapulta ínpulit.

Nonius 552, 15 'catapulta iaculum celer uel sagitta ... Nouius paceuo: ut' e. q. s. (Naeuius L? Pacio Junius Pacilio vel Bacillo vel Racemo Bothius Faceto coni. Hertzius Phaselo vel Paxillo aliquando in mentem venit. Paccio Bergkius De Naeuii Paulo an cogitandum sit dubitat Grauertus: ne Pacuio quidem longius absit. Pacuuius Paulo x) Poeta scribendi studio insanus luditur, qui ab exoriente sole stilum in tabulis cereis exercet.

sole orescit (horescit *P* horrescit *H*), *h. e.* aurescit *ω* sol coruscat *Junius* cerae *scripsi* cerea *ω* terra *Muellerus prosod. Plaut.* 612 aethra *Quicheratius*: aër *proposueram*. *Ad* cerae castra *cf. Titin.* 160 *et Attae v.* 13 cebro H^1LP

PAEDIVM

I

nec úmquam
Vidít rostrum ⟨in⟩ tragoédia tantúm Titi ⟨theátrum⟩.

Nonius 455, 14 'rostrum hominis dici non debere consuetudo praesumpsit ... nonbis Pedio: nec' e. q. s. (Nouius Mercerus)

uidi *olim proposui* tit' *CO* dici *Merceri ms.* theatrum *supplevit Bue Coni. Lat.* 3

II

. quod res uis húnc priuari púlchras quas utí solet.

Nonius 500, 16 'priuatur illam rem, pro illa re priuatur. Nouius Pedio: quod' e. q. s. (Poedio Ba)

o *initio add. x* quod *h. e.* quot, *ut scr. Stephanus* quo tu *Bothius* quoniam *Bergkius* quando *Bue* hanc *W* ut *Ba* ti *C* solent *C*

III

Súpparum purúm Melitensem línteum, ⟨em⟩ escám
meram

Nonius 540, 11 'supparum est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat. Plautus in

Epidico ... Nouius Pedio: supparum' e. q. s. (Nouius ed. 1480 Neuius BaP Naeuius φ)

purum *om. P* Melitensem, *ut extat in mg. Junii, Marquardtus antiquitatt. Rom. priv.* 467. 474 belliensem (pelliensem *C*) ω Veliensem *vel* Velenensem *Lipsius qui conferri iussit Isidorum orig. XIX* 22, 21 'Velenensis tunica est quae affertur ex insulis' linteum *Munkius* interim ω em *addidi* a *personam mutans x* aescam *W* Oscam *Lipsius: cf. Varro de l. l. V* 131 eam *C* omnem escam meam *Munkius*

IV

Mólucium crocótam chiridótam ricam rícinum

Nonius 539, 20 'rica est, quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico .... Nouius Pedio: mollicinam' e. q. s. Idem 540, 23 'mollicina' (fort. molucium) 'uestis a mollitie dicta. Nouius Epidico: mollicinam' e. q. s. (Praecedit ex Plauti Epidico locus) Idem 548, 25 'caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco ... Plautus in Epidico ... Nouius Pedio: molicinam' e. q. s. De his vestimentorum muliebrium nominibus dixi in coroll. p. LXXXIV sq.

molucium, *i. e.* μολόχιον *vel* μαλάχιον, μαλάκιον *scripsi.* (*cf. coroll. l. l.*) molucinam *Ba p.* 539 molicinam *W p.* 548 molicina *W mg. p.* 539 mollicinam φ molochinam *Guietus* molucium *in fine senarii praefert Bue* crocatam *BaHLW p.* 539, *BaP p.* 540, ψ *p.* 548 crocatulam *Ba* crocotium *W mg. p.* 548 chiridotam *Aldina* uridotam ψ *p.* 548 ciridotam *L p.* 548 ceridotam ω *p.* 539. 540 ricam *om. p.* 540 richam ω *p.* 548 dricam Ba^1 *p.* 539 ricinum ω *p.* 539 ricinium ω *p.* 540 *et* 548 ricam cheridotam *x*

V

Récta amussim em uíde diploidi ut récta grassatúr uia.

V. VI Nonius 316, 4 'grassari etiam dicimus ambulare ... Nouius Pedio: cretanus' e. q. s. 'Idem Pedio (om. AB GH^1): nunc' e. q. s. Vt de fabula dubitari possit.

recta amussim em uide diploidi ut recta *conieci* cretanus (errat anus *BGH*^{1}*P*) sime deploidi (diploidi *P* deploide *B* deploida *GH*^{1}) a recta (arrecta *P* recta *BGH*^{1}) ω errabundus sine (sine *Junius*) diploide *Bentleius* Caeretanus sine diploidi:

a recta *Lachmannus Lucr. p.* 49, *sed muliebris vestis est διπλοΐδιον* (*Poll.* 7, 49): *cf. coroll.* LXXXV Cerretanus sine diploma recta *Bue*

VI

Núnc res me ipsa réprimit, saepe eadem hác sum 73/4
grassatús uia.

ipsa GH^1MP ipsam φ me nunc res (*om.* ipsa) *B* repraemit *L* hac (haec $BGHMP$) eadem sum grassatus uia ω, *transposui ut Bue* hac sum eadem g. u. *Munkius*

PAPPVS PRAETERITVS

Parum veri simile dicit Ritschelius Parerg. I 141 et Novium et Pomponium huius nominis Atellanas scripsisse.

. . dum istos ínuitabis súffragatorés, pater, 75
Príus in capulo quam ín curuli sélla suspendés natis.

Nonius 4, 28 'capulum dicitur quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcofagum, id est sepulchrum, capulum dici ueteres uolunt, quod corpora capiat . . . Nouius Pappo praeterito: dum' e. q. s.

1 isto ω: *num* istoc? inuitabis *Mercerus* inuitauis ω
2 suspendes *Mercerus* suspendis ω

PARCVS

Quód magno opere quaésiuerunt, íd frunisci nón
queunt. —
Quí non parsit ápud se . . . . . frunítus est.

Gellius XVII 2, 8 'Nouius in Atellania, quae Parcus inscripta, hoc uerbo' (frunisci) 'ita utitur: quod magno . . . frunitus est.' (Nouus corr. in Neuus Voss. partus Lugd. parens Paris.) Nonius 113, 10 'frunisci pro frui . . . Nouius pareo: [1].'

1 non nequeunt W^1 non non queunt W^2 2 *Respondere parcum* qui n. p. apud se ⟨partum, fructus non⟩ frunitus est *conieci in coroll.* LXXXV

PHOENISSAE

Cf. A. Dieterich Pulc. 112.

Sume árma, iam te occídam claua scírpea.

Festus p. 330 M. 'scirpum est id, quod in palustribus locis nascitur leue et procerum, unde tegetes fiunt . . . Nouius in Phoenissis: sume' e. q. s.

iam te *Augustinus* i. anite *cod.* scirpea *Dacerius* scirpia *cod.*

PICVS

Quíd ego facerem? ⟨ut⟩ ótiosi ródebam rutábulum.

Festus p. 263 M. 'rutabulum est, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia. Nouius in Pico: quid' e. q. s. (Parco O. Muellerus)

ut *inserui cum Buechelero* otiosi *cod.* otiosus *Augustinus.* *Temptabam praeterea* enim otiose

QVAESTIO

81/2 Mámmas teneas, pédes extollas, sáuies, congénicules.

Nonius 474, 14 'sauies . . . Nouius Quaestione: mammas' e. q. s. (questionem H^1L Gastrione vel Gastrone Scaliger)

ammas H^1L penem *olim conieci* congenicules *scripsi.* congemit ω cum gemit *Munkius* cum congemit *Quicheratius*

SANNIONES

'Inlino cretám cerussam púrpurissum . . .

Nonius 218, 25 'purpurissum genere neutro . . . feminino Neuius Sannionibus: inlino' e. q. s. (Nouius Mercerus) Atellanarum personam sannionem esse docet Cicero ad fam. IX 16 extr.

inlicino E cretam EF^3W cretum H^2 creto F^1H^1L purpurissum $EFHLW^2$ purpurissam W^1, *quod quamvis testimonio Nonii firmari videatur, tamen verum esse non credo*

SVRDVS

fílias

⟨Bínas⟩ habeo témulentas, séd eccas uideo incédere. 85

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — — Nouius in duobus Dossenis — idem in Funere — et in' ('sine' cod.) 'Surdo: filias' e. q. s.

1. 2 fílias alo témulentas *Bue*

TABELLARIA

Naeuii fortasse fuit.

I

Qui hábet uxorem síne dote, ⟨eï⟩ pánnum positum in púrpura est.

Nonius 218, 22 'pannus usu generis masculini. Neutro Nouius Tabellaria: qui' e. q. s. (neuius Vrbin. 308)

Non placent quí habet uxorém *trochaei* positum] opsutum *Bue*

II

. . . . . dótem ad nos nullam áttulas

Diomedes p. 376 P. 'quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres, ex eo quod est attollo' (attulo Paris. B m. 2, Putschius), 'ut Naeuius in Tabellaria: dotem' e. q. s. (neuius Monac. naeuius Parr. AB Nouius Bothius)

attulas *Par. B Monac.* attollas *Par. A* attollat *edd. vett.* attulat *Putschius*

TOGVLARIA

De Novio dubitat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

Abúnde deturbáte saxa, homónum quisquiliaé! — Quid est?

Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae — Nouius in Togularia: abi' e. q. s.

abunde *nunc conieci* (abite *vel* agite *olim*) abi *cod.* abi abi *Scaliger* deturba te *cod.* deturba te de *O. Muellerus* saxa *nunc scripsi* saxo *cod.* homonum *scripsi* homo non *cod.* hominum *Maehly* non homo *Bue Cf. Cicero ad Att. I* 16, 6. *Nescio quis priscum sermonem imitari videtur*

TRIPERTITA

An Triperdita?

I

Postquám se uidit ⟨ésse⟩ heredem, désubito diuórtium
90 Fecérunt.

Nonius 517, 24 'desubito ..... Nouius Tripertita: postquam' e. q. s.

1 heredem sese uidit *Munkius* sese heredem uidit *Quicheratius* sese uidit herem *x. Temptari praeterea varia possunt* diuortio *P*

II

Si aútem pinguest, mále cubandum est: . . putent
pántices

Nonius 218, 15 'pingue est pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Nouius Triperdita: si' e. q. s. (neuius Vrbin. 308 Tripertita Mercerus)

pingue (pinguae H^1W) est ω: *cf. Leo Pl. F.* 259 male cubandum est: *cf. Plauti Asin.* 937 *Inserendum fortasse* putridi pantices *Junius* panticas $EFHL$ ponticas *W*

VINDEMIATORES

I

Quid stás? age moue te! mánen? — I primus: praégredi!

Nonius 473, 25 'progredi (praegredi x). Nouius Vindemiatoribus: quid' e. q. s.

Senarium iam Munkius notaverat quid stas? age *Junius* quidiscas ege ψ quidicas ege *Ba* (istas *pro* stas *scriptum fuit*) quid hic stas *mg. Junii* manen'? *Vossius* manem ω inanem *cod. Junii* *Sequentia quoque vulgo eidem personae continua-*

bantur primus *L?* prius, *sup.* m, *W* prius φ praegredi *priori personae tributum x, de quo iudicium ambiguum est.* progredi ω, *nec caret omni defensione*

II

. . coepit únum quemque praélumbare fústibus.

Nonius 156, 11 'praelumbare, lumbos perfringere.'

coepi *senarium facere monet Bue*

VIRGO PRAEGNANS

I

quánto ego

Plús sapiui, quín fullonem cómpressi quinquátrubus. 95

